BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

EVRIPIDES
SVPPLICES

EDIDIT
C. COLLARD

LEIPZIG
BSB B.G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1984

0

AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

LEIPZIG

BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1984

Be 540

EVRIPIDES
SVPPLICES

EDIDIT

CHRISTOPHER COLLARD

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ · ΚΕΝΤΡΟΝ ΕΚΔΟΣΕΩΣ ΕΡΓΩΝ ΕΛΛΗΝ.
Αρ. Εισαγ. 10941

LEIPZIG

BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT

1984

BIBLIOTHECAE TEVBNERIANAE
HVIVS TEMPORIS
REDACTOR: GÜNTHER CHRISTIAN HANSEN

© BSB B. G. Teubner Verlagsgesellschaft, Leipzig, 1984

1. Auflage
VLN 294/375/4/84 · LSV 0886
Lektor: Manfred Strümpfel
Printed in the German Democratic Republic
Gesamtherstellung: INTERDRUCK Graphischer Großbetrieb Leipzig,
Betrieb der ausgezeichneten Qualitätsarbeit, III/18/97
Bestell-Nr. 666 172 8
02600

PRAEFATIO

Famosa et longinqua adhuc de duobus Euripidis codicibus alitur controversia: soli enim illi celeberrimi **L** et **P** nobis eas novem adservant fabulas scholiorum expertes quae editioni cuipiam antiquissimae in litteras titulorum digestae superstites sunt (*Ἑλένη, Ἠλέκτρα, Ἡρακλεῖδαι, Ἡρακλῆς, Ἱκέτιδες, Ἴων, Ἰφιγένεια ἡ ἐν Αὐλίδι, Ἰφιγένεια ἡ ἐν Ταύροις, Κύκλωψ*). eodem fere tempore conscripti sunt **L** et **P**, nec dubium est quin proxima inter eos sit affinitas; etiamnunc tamen contenditur utrum gemelli sint an **P** ab **L** descenderit et per quam viam. totiens incubuerunt ad codices studiosi ut rem quamlibet difficilem iampridem perfecte declaratam esse exspectares. et sic quidem ego censeo doctissimum codicumque peritissimum Zuntz anno 1965 demonstravisse **P** ex **L**, quod saltem ad has novem fabulas attinet, nullo alio interveniente aut adiuvante codice descriptum esse.

Zuntz (1965) 1–192 indicia sic comprobavit praecipue a Wecklein exeunte saeculo XIX oblata: Beiträge III (1897) 446sq.; V (1899) 297sqq.; Praemonita ad editiones Electrae et Iphigeniae Tauricae (1898). assensi sunt editores Grégoire (1923); Barrett, Hippolytos (1964) 73 n. 2 et 429; Kannicht, Helena (1969) I 102sqq.; J. Diggle, CR 21 (1971) 21; 27 (1977) 7 n. 1; Euripides II (1981) v sq.; Matthiessen (1974) 16; D. Sansone, Iphigenia in Tauris (1981) v sq.; cf. etiam H. Lloyd-Jones, Gnomon 30 (1958) 505–507. fatendum est alios huius Bibliothecae editores excepto Sansone contra censere: Alt, Helena (1964); Garzya, Heraclidae (1972) et Serta Turyniana (1974) 275–290; Biehl, Ion (1979); item opinati sunt Turyn (1957) 264–288; V. di Benedetto, Maia 13 (1961) 186sqq.; Tuilier (1968) 188sqq.; inter priores editores Wilamowitz et Murray.

Liceat mihi codices **L** et **P** paucis hic verbis enarrare.

Codex Laurentianus, pluteus graecus 32. 2; Thessalonicae circa a. 1310 **L**
conscriptus est a duobus vel fortasse tribus[1]) librariis magistro Demetrio Triclinio oboedientibus. insunt praeter opera aliqua Sophoclis Hesiodi Aeschyli omnes Euripidis fabulae exceptis Troasin et Baccharum versibus 756–1392. paginae chartaceae habent unaquaeque binas aut in lyricis aliquando trinas versuum columnas transverse non deorsum legendas; verba inde non raro ita dense congregata sunt ut vix legi possint. codicem correxerunt vel suppleverunt et primae manus (L^{pc}) et per occasionem nova etiam quaedam (L^{2}); sed magister Triclinius suus ipsius erat

1) SIFC 35 (1964) 107–111; cf. Matthiessen (1974) 39.

diorthota, librum ad fontes penitus castigans necnon suo Marte ut videtur pauca annotans vel coniciens (Tr[1]). hic autem textum bis iterum recensuit; non lectiones modo etiamnunc ex fontibus interdum inferebat[1]) sed coniecturas praesertim in lyricis faciebat quorum numeros accuratius computare studebat et annotare (Tr[2], Tr[3]). ad tres Triclinii diiudicandas manus duo habemus adiumenta: atramenti color uniuscuiusque recensionis paene constans est; quo fundamento innixus si lector rationem correctionum intente animadvertet, maxime qua Triclinius semel bis iterum grassatus priores suas lectiones vel notas immutaverit, sperabit se confidetque manus omnibus paene locis certe discernere posse.[2]) ego ipsum codicem a. 1959 contuli[3]); facsimile saepius et novissime a. 1982 perscrutatus sum.

Codicis **L** enarrationem plenam praebet Turyn (1957) 222sqq., cf. Dated Greek Manuscripts of the Thirteenth and Fourteenth Century in the Libraries of Italy (1972) 209–214; Zuntz (1965) 140–192, 283–288; Kannicht, Helena (1969) I 93sqq.; cf. Matthiessen (1974) 39sq. facsimile accuratissimum Florentiae 1920 munifice vulgavit J. A. Spranger. codex nescio quo tempore denuo ita conglutinatus est ut primus fabularum ordo conturbatus sit; folia nunc 68^r-75^v numerata Supplicum versus 1–1187 habent, intervenit deinde quaternio 76^r-83^v Baccharum versus 1–755 continens; Supplices tum 84^r concluduntur. nil autem detrimenti accepit textus.

P Codex Vaticanus, Palatinus graecus 287, cuius pars minor iampridem disiuncta Florentiae in Bibliotheca Laurentiana sub signo Conventi Soppressi 172 adservata est. insunt omnes undeviginti fabulae Euripidi attributae una cum fragmento Danaes conficto necnon opera aliqua Aeschyli et Sophoclis. membranaceus est; quali nitori congruit textus ab uno solum librario elegantius quidem et continenter sed mixta incuria et rariore vigilantia exaratus. opus porro perfectum est eodem fere tempore et in eodem ut videtur Thessalonicae scriptorio quo codex **L** erat descriptus: Ioannes Catrares enim Triclinii collega et amicus rubricatoris officio perfunctus est. splendidissimus hic liber valde **L** dissimilis in hoc est, quod binas in omni pagina habet columnas, unamquamque viginti septem lineas exhibentem quae deorsum legantur; et quod scribendum mandavit non scholasticus sed dives privatus. nemo codicem post Catrarem castigavit antequam vir doctus aliquis in Italia correxit emendavit notas

---

1) Ex. gr. Supp. 840 et fortasse 17, 793: v. Zuntz (1965) 199sqq. talia potius per coniecturam invenisse Triclinium putat Kannicht, Helena (1969) I 101 n. 17.
2) Tantam nos habere posse fiduciam negant ex. gr. Tuilier (1968) 196–203; Garzya (1974) 281–286; J. Irigoin, JHS 87 (1967) 144; D. Sansone, GGA 230 (1978) 239–241. sed satis caute locutus est ipse Zuntz (1965) 21, 49, 57–62, 87, 95 etc., cf. Matthiessen (1979) 233 n. 9.
3) CQ 13 (1963) 178 n. 1.

addidit (p); is forsan textum cum ipso **L** comparaverit, cum libri Laurentiani Romam annis fere 1510–1520 parumper transiissent.[1]) ego ipsum codicem a. 1959 contuli; facsimile saepius et novissime a. 1982 perscrutatus sum.

Codicis **P** enarrationem plenam praebet Turyn (1957) 258sqq. et Codices Graeci Vaticani (1964) 124–127; indolem librarii et rubricatoris depinxerunt Zuntz (1965) 135sqq.; Kannicht, Helena (1969) I 101sqq.; Matthiessen (1974) 41. facsimile nitidum Florentiae 1939–1946 eadem qua codicis **L** munificentia pervulgavit J. A. Spranger. Palatina pars Supplices in foliis $84^{r}-94^{v}$ continet.

De codicum duorum affinitate argumenta eruditorum quos supra memoravi non necesse habeo hic fusius repetere; nec certe proderit conari me firmissima quae iam monstravit Zuntz exornare indicia. immo satis mihi superque videtur hortari te, lector, ut dissertationem eius recte et ordine scrutatus haec tria maxime perpendas principalia quae de novem fabulis declaravit:

(1) notabiliorum codicis **P** in describendo textu errorum causas et rationes aequum est nos ita modo explicare quasi **P** ipsum **L** semper ante oculos habebat neque exemplar codicis **L** neque aliud codicis **L** apographon.[2])

(2) id quod maximi momenti est et ponderis, **P** textum ab **L** descripsit post primam sed ante alteram tertiamve Triclinii correctionem; ex quo apparet **P** lectiones sive ipsius **L** sive a Tr^{1} correctas exhibere sed emendationes a Tr^{2} vel Tr^{3} illatas ignorare.[3]) exempla me oportet hic pauca exponere:

P = **L** ante emendationem a Tr^{2} vel Tr^{3} effectam

58 *ὅσον* **LP** *ὅσσον* Tr^{3}
59 *τῶν* ante *φθιμένων* add. Tr^{3} : non habet **P**
94 *οὐχ ἕνα ῥυθμὸν* **LP** *οὐ ῥυθμόν* ⟨*γ'*⟩ *ἕνα* Tr^{3}
248 *δὴ* post *ἴθι* add. Tr^{2} : non habet **P**
373 *καλόν* **LP** *καλῶν* Tr^{2} *καλὸν* ⟨*δ'*⟩ Tr^{3}
492 *ἀναιρούμεθα* **LP** *ἀναιρούμεσθα* Tr^{2}
498 *πύλῃσιν* **LP** *πύλαισιν* (*-αι-* supra lineam) Tr^{3}
cf. 574, 601, 615, 617, 629 etc.

P = **L** post correctionem a Tr^{1} effectam

99 *δοκῶ* **L** *προσ-* praefixit Tr^{1} *προσδοκῶ* **P**
100 *μητέρες* (*-ες* in ras.) Tr^{1} *μητέρες* **P** (**L*** praeter *μητέρ*** non legibilis)

---

1) Sicherl (1975) certiores nos fecit Marcum Musurum nec codicem **P**, ut post Kirchhoff credebamus, correxisse nedum auxilio eius editionem Aldinam paravisse. Smith (1982) contendit correctorem **p** Byzantinum non Italicum fuisse et eodem fere tempore quo ipsum Triclinium litteris Thessalonicae studuisse.

2) Zuntz (1965) 1–6, 13–15 et passim, sed v. imprimis 2 et Plate V (b) (Supp. 171), 13–15 et Plate V (c, d, e) (Hel. 95). repugnant ex. gr. Tuilier (1968) 188sqq. et Garzya (1974) 286–290; de quibus v. Matthiessen (1979) 233.

3) Zuntz (1965) 16–192.

183 τρέπειν in linea et γρ. τέρπειν in margine **L** τέρπειν in linea, τρέπειν in margine Tr¹ τέρπειν in linea **P** omissa varia lectione
937 ποῦ θήσεις δῆτα τῶνδε μνῆμα χωρίσας **L** ordinem vocabulorum litterulis βαδγε suprascriptis correxit Tr¹ et totum versum in margine reddidit: correctum versum descripsit **P**
cf. 8, 16, 33 (eadem correctio δυοῖν Tr¹ 485, 1157), 37, 39, 120, 206, 247 et saepissime

P = **L** post correctionem a Tr¹ sed ante emendationem a Tr² vel Tr³ effectam
317 φαῦλον πόνον **L** μέγαν supra φαῦλον scripsit Tr¹ μέγαν obliquis lineis del. Tr² μέγαν φαῦλον πόνον in linea **P**
344 καὶ ὑπερορρωδοῦσ' (καὶ per compendium ut videtur) **L** χὐπερορρωδοῦσ' Tr¹ **P** ⟨σὺ⟩ χὐπερορρωδοῦσ' Tr²
754 οὕνεκ' ἀγὼν (ἀ- rescr. Tr¹) **LP** οὕνεκεν ἀγὼν (-εν supra lineam) Tr³
809 cola metrica post τάλαιναν divisit **L** τάλαι: ναν div. Tr¹ **P** ante τάλαιναν div. Tr³
cf. ex. gr. Hel. 171 θρῆνον **LP** γρ. ἔλεγον supra lineam Tr¹ θρῆνον del. Tr³ (Zuntz (1965) 42sq.), Ion 681–682 ἔχρη: σας (cola div.) ὑμνωδίαν **L*** ἔχρησας ὑμνωδίαν (cola mut.) Tr¹ **P** ἔχρησας ⟨εἰς⟩ ὑμνωδίαν Tr³ (Zuntz 91)

(3) codex **L** etiam rubricatori **P** ita ad manum erat ut primas Triclinii metricas in ambas Iphigenias annotationes transcriberet sed non posteriores earundem notarum revisiones.[1]) idem notas quoque personarum et paragraphos nonnullas supplevit quas de exemplari **L** forsan hauriret.[2])

Librarius **P**, utpote qui tam incuriose quam eleganter scriberet, plurimos errores commisit; sed meliores idem paullulum lectiones introduxit et perpaucas quidem, quarum virtute partim innituntur qui arguunt **P** eas non nisi ex alio quodam fonte exhaurire potuisse, partim quoque in aliis non pluribus locis monstrantes tantam esse atramentorum discernendorum difficultatem ut **P** potius Tr² aut Tr³ quam Tr¹ congruere videatur (v. supra p. VI n. 2). quae congruentiae mihi saltem in Supplicibus omnino non apparent; nec meliores quidem hac in eadem fabula **P** praestat lectiones quam quinque tantum hasce:

47 ῥυσσὰ **P** ῥυσὰ **L**
301 ἐγὼ δὲ **P** ἔγωγέ ut videtur **L**
589 γε an τε **P** incertum τε **L**
827 κάρᾱ (i. e. κάρᾳ) ut vid. **P** κάρα **L**
1078 μετέλαχες **P** μετέλλαχες **L**

quae certe omnes non satis magni sunt momenti ut nobis persuadeant eas ex alio sinceriore quam **L** fonte exhaustas esse. immo vero et in Supplicibus et in aliis octo fabulis meliores lectiones ubicumque se tales

---

1) Zuntz (1965) 6–13, Plate IV; cf. Matthiessen (1979) 233 n. 11. paullo ante quam Zuntz dissertationem vulgavit, Turyn rubricatorem cognovit Catrarem fuisse Thessalonicae Triclinii collegam: Zuntz 289.

2) Supp. 1, 1157, 1161; cf. etiam (Zuntz [1965] 143) Hel. 957, 1301 sqq., Hel. 855, IT 837.

praebent quales librario interdum vigilanti ultro occurrerent aut casu etiam vel per ipsam consuetam incuriam orirentur: eadem enim quae erroribus multo plurioribus subest confusio permutatio duplicatio omissio litterarum sonorum etiam vocabulorum.[1])

Haec tamen tota codicum affinitatis quamvis vexata quaestio minoris ipsa est ponderis quam quanti editor utrumque aestimet. etenim codex **L** unicum sane textus fundamentum praestat eoque **P** forsitan multo minoris videatur aestimandus. sed propter eam ipsam causam, quod ex **L** descriptus est, editori aliquando etiam ita bono usui est ut lectiones **L** et Tr^1 redintegraret sive a Tr^2 sive a Tr^3 postea oblitteratas, ex. gr.

60 *σὸν ὃν* ras. Tr^3 *σὸν ὃ* **P** (= **L***)
111 *γόον* ras. Tr^2 *λόγον* **P** (= **L***)
282 *ἐν* ras. Tr^2 *ἐνὶ* **P** (= **L***)
805 *ἰὼ ἰώ* Tr^2 *ἰώ μοι μοι* **P** (= **L***)
1116 *ἁμενοῦς* (*ἁ*- ras.) Tr^3 *ἀσμενοῦς* **P** (= **L***)

accedit quod humanista ille, qui saeculo sexto decimo ineunte **P** cum **L** comparavit, emendationes Triclinii posteriores non paucas modo transcripsit (ex. gr. 60 *σὸν ὃν* Tr^3**p**, 70 *παιδός* ⟨*γ'*⟩ *ἐμοῦ* Tr^3**p**, 153 *ἦ που* Tr^2**p**, 200 *ἦμεν* Tr^2**p**) vel ipse conatus est polire (ex. gr. 809 *δρῶσι* ⟨*δῆτ'*⟩ *ἐμέ* ⟨*γε*⟩ *τήν* Tr^3 *δρῶσι κἀμὲ δῆτα τὴν* **p**, 968 ⟨*τοῖς*⟩ *φθιμένοισιν* Tr^3 *τοῖς φθιμένοις* **p**, 1123 [pers. not. om. **LP**] *ζήτει πρόσωπον* supra lineam Tr^2 *παῖς* in margine adscr. **p**), sed correctiones quoque Marte suo et coniecturas mentione dignas adscripsit (ex. gr. 62 *θαλερὰ* **LP** *θαλερῶν* **p**, 201 *ἐκπεφυρμένον* **LP** *ἐκ πεφυρμένου* **p**, 208 *πρόβλημά τ'* **LP** *προβλήματ'* **p**, 411 *ὄχλων* **LP** *ὄχλω* **p**; quisquilias etiam correxit, ex. gr. 684 *λεύσων* **LP** *λεύσσων* **p**, 698 *ἴετ'* **LP** *ἵετ'* **p**, 1075 *ἀθλιώτατον* **LP** *ἀθλιώτερον* **p**).

Memoranda sunt postremo cetera tria **L** apographa quae omnia in Italia tempore litterarum Graecarum renascentium conscripta sunt.

Codex Laurentianus, pluteus graecus 31. 1; iussit exscribi sibi Francesco Filelfo circa a. 1470. solas novem nostras fabulas continet additis Rheso et Baccharum versibus 1–751. de codice disseruerunt Turyn (1957) 364sq., Zuntz (1965) 135. quamquam librarius neglegentissimus erat, codex aliquando editori subvenit scripturam **L** aegre legenti (ex. gr. 222 *σῶμα*, 402 *ἀδελφοῦ*, 632 *πόλεος*, cf. 392); nullius alioqui est momenti. contuli anno 1959. apogr. Flor.

Codex Parisinus graecus 2887/8; in duas partes divisus est ex quo Arsenius Monembasiensis circa a. 1500 descripsit. continet omnia eadem quae ipse **L** Euripidea mutato tamen ordine fabularum. tractaverunt et aestimaverunt Turyn (1957) 370–372; D. Geanakopulos, Greek Scholars in Venice (1962) 185; Kannicht, Helena (1969) I 109; cf. Sicherl (1975) apogr. Par. A

1) Zuntz (1965) 138 n. meliores lectiones colligit quarum de significatione etiamnunc contenditur. v. imprimis Ion 37 (Zuntz 90), IT 692 (Zuntz 94), 1006 (Zuntz 5); Hel. 462, 671, 741 (Kannicht, Helena [1969] I 103 n. 18); Held. 494, 526, 672, 673, 851, 967 (Matthiessen [1979] 234 n. 13); cf. Barrett, Hippolytos (1964) 429.

206, 210sq. fuerat olim in possessione Ioannis Lascaris qui primus Euripidem typographice pervulgavit. is codicem cum **L** comparavisse videtur; bonae insunt coniecturae fortasse ab eo vel etiam ab Arsenio excogitatae, ex. gr. 73 *κακοῖς* pro *κακοί* **L**, 1049 *δόμων* pro *δόμον* **L** (*δόμον* ⟨*γ'*⟩ Tr^1); cf. etiam ex. gr. Hel. 264–265, 376 (Kannicht, Helena [1969] I 109), HF 169, Ion 300, 803, IT 905. non ipse inspexi; contulerunt editores veteres ex. gr. Markland Musgrave Matthiae.

apogr. Par. B Codex Parisinus graecus 2817, paullo post a. 1500 conscriptus. easdem quas apogr. Flor. continet fabulas excepta Electra, sed directe ab **L** descriptus est. tractaverunt Turyn (1957) 369; Kannicht, Helena (1969) I 109sq. non ipse inspexi; contulerunt editores veteres ex. gr. Markland Musgrave Matthiae.

Textum et apparatum qua ratione instruxerim, nunc par est exponere. Summum locum obtinent unici codicis **L** lectiones, fide tamen vix minus dignae sunt correctiones quas Tr^1 intulit paene semper exemplar adsecutus; emendationes autem postea a Tr^2 vel Tr^3 illatas solum pro meritis dignor admittere.[1])

Lectiones codicis **P**, quod suum erat describendi tempus et condiciones, in eis tantum locis renuntiavi quibus ad textum **L** vel Tr^1 redintegrandum subveniunt quem Tr^2 postea vel Tr^3 oblitteraverat; aut ubi meliores ipse **P** rarissimas et ponderis semper parvi praestat lectiones vel rubricatoris supplementa; aut ubi corrector Italicus emendationes affert probabiles vel memoratu dignas.[2])

Testimonia verborum Euripideorum ab antiquis scriptoribus necnon lexicographis et gnomologis reddita sub capite separato renuntiavi.[3])

Correctiones et coniecturas eruditorum ita recepi prout veri similitudinem habent aut vitiis sublevandis si non sanandis auxiliari videntur aut interpretationi locorum insanabilium subveniunt. sint forsan qui me coniecturas incusent in ipsum textum parum saepe pro timiditate recepisse; consulant quaeso supplementum apparatus critici textui post adiunctum in quo lectiones mihi praepositas sive traditas sive per coniecturam inventas fusius saepe pertracto.

---

1) Excipiendae sunt fortasse 17, 793, 840 correctiones quas supra (p. VI n. 1) memoravi. diversos in Supplicibus Triclinii conatus illustravit Zuntz (1965) 62–82; ego omnes fere renuntiavi (ed. 1975) 34–38, 53–101.

2) Codice **P** sic usi sunt editores plerique qui eum ab **L** descriptum esse credunt, ex. gr. Grégoire (1923); Kannicht, Helena (1969); Diggle (1981). plenissima maximamque partem accuratissima **P** collatio in editione Prinz – Wecklein praesto est.

3) Magni haec in locis sunt momenti, ex. gr. 735, 860, 903, 974b, 1110. sed papyrorum auxilium Supplicibus adhuc deficit.

Hic locus quoque est pauca ea exponere quae in apparatum non dignabar admittere; sunt enim quisquiliae omnes quarum ad textum constituendum minime refert. codex **L** semper vel plerumque *ἀεί* habet, etiam qua forma *αἰεί* numeris poscitur (82, 374, 381, 1100); *αὖτις* non *αὖθις* (415, 551, 679; *αὖθις* 551 tamen **P**); *εἰς*, *εἰσ-* plerumque habet etiam qua numeri *ἐσ-* poscunt (374, 823), *ἐς* tamen sine necessitate 926; *κήρυξ* non *κῆρυξ* (37, 397, 426, 589, 669); *νῦν* non *νυν* (56, 504, 857; *νυν* tamen 569); Hellenistica *γίνεσθαι* (333, 1090) et *γινώσκειν* (204, 211); *δυεῖν* non *δυοῖν* (33, 486, 1157)[1]); *εὐ-* non *ηὐ-* in tempore historico (8, 319); *ἦν* non *ἦ* 'eram' (639, 684, 1088); *μίξας* non *μείξας* (222, 1020); *οἰκτείρειν* non *οἰκτίρειν* (34, 168); *ἔτισα* non *ἔτεισα* (733, 1144); variationes porro exhibet *ξυν*(-) (73, 74, 125 etc.) et *συν*(-) (246, 475, 630 etc.), has ambas a metro securus; *ἦ* . . .; et *ἤ* . . .; (106, cf. IT 503, 1168 etc.); *πίτνειν* (165, 279, 285) et *πιτνεῖν* (10); neglegentem se vel potius inconstantem praebet tam de *-ν* paragogico quam de scriptione plena crasi elisione.[2])

Gratissimum cuiusque editoris officium est quanta prioribus debeat agnoscere. ego hanc iterum editurus quam plus decem abhinc annis commentario instruxi fabulam, magis nunc etiam sum conscius quantum non modo sagacissimis illis et iampridem defunctis debeam editoribus Supplicum et interpretibus (quorum nomina praesertim Markland Musgrave Hermann Elmsley Paley Wilamowitz summo semper in honore erunt), sed recentioribus quoque multis et vigentibus qui notas commentariola enarrationes fabulae ultro conscripserunt vel editionem meam priorem recensuerunt; Iacobo Diggle praeter omnes gratiae studiosorum sunt agendae qui cum de tot rebus Euripideis tam subtiliter disputat, tum novam et praestantissimam tragoediarum editionem nunc iam incipit vulgare. quorum scriptis omnium adiutus et impulsus textum denuo penitus perscrutatus sum; etenim confiteor mihi non raro multum reluctanti persuasum esse ut alias nunc praeponam lectiones (27, 60, 73, 228, 250, 322, 366, 573, 578, 636, 811, 928 (cf. 1218), 931, 969, 974–975, 999, 1014, 1022, 1101, 1127, 1148, 1154); difficillimos praecipue locos iterum iterumque perpendi adeo ut non apparatum modo hic illic emendatiorem sed textum magis veri similem nunc me proferre audeam sperare.

ad ostium Tauense (Suanseae)
a. d. III idus Februarias MCMLXXXIII C. C.

---

1) Res aliter se habet in Ione, IT (et Rheso), quas alter librarius descripsit: Zuntz (1965) 64 n. 2.

2) His de omnibus orthographiae quisquiliis licet plenius legas apud Kannicht, Helena (1969) I 106–108; Collard (ed. 1975) 42–43.

CONSPECTVS LIBRORVM

Conspectum studiorum Euripidis potiorum nuper praebui in Greece and Rome: New Surveys in the Classics, 14: Euripides, Oxford 1981, 37–41 et passim; praesto sunt etiam conspectus annua vice in l'Année Philologique et per occasionem in Anzeiger für die Altertumswissenschaft pervulgati. Supplicum fabulae bibliographiam pleniorem congessi in commentario meo, Groningen 1975, xiv–xviii, 8sq., 23. delectum igitur mihi satis videtur instruere editionum et dissertationum praecipue recentiorum, omissis plerumque usitatis studiorum auxiliis.

EDITIONES ET COMMENTARII

Editio Aldina, Venetiis 1503 (de exemplaribus huius editionis principis vide M. Sicherl, RhM 118 [1975] 205–225)

P. Brubach, Francoforti circa 1558

P. Melanchthon, G. Xylander, Basileae 1558 (versio Latina)

C. Stiblinus, Basileae 1562 ('cum annotationibus Io. Brodaei')

G. Canter, Antverpiae 1571

P. Stephanus, Genevae 1602

J. Barnes, Cantabrigiae 1694

J. Markland, Euripidis Drama Supplices Mulieres . . ., Londini (^{1}1763 sine nomine) ^{2}1775; bis iterum excussa est, cum adnotationibus variorum, (ed. T. Gaisford) Oxonii 1811 et (sine nomine editoris) Lipsiae 1822

S. Musgrave, Oxonii 1778 (Supplices, vol. II)

G. Hermann, Euripidis Supplices, Lipsiae 1811

A. et J. M. Duncan, Glasguae 1821 ('. . . cum eruditorum annotationibus'; Supplices, vol. IV)

A. H. Matthiae, Lipsiae 1813–1837 (Supplices, vol. II et VII)

F. H. Bothe, Lipsiae 1825–1826 (de versione eius germanica Berolini 1802–1803 publicata vide D. Sansone, GGA 230 [1978] 241 et QUCC n. s. 1 [1979] 157–159)

G. Dindorf, Oxonii 1832–1840 (Supplices, vol. I et III 1)

T. Fix ('editio Didotiana'), Parisiis 1844

J. A. Hartung, Lipsiae 1848–1853 (Supplices, fasc. XVIII)

A. Kirchhoff, Berolini ^{2}1867 (Supplices, vol. I)

G. Dindorf, Poetae Scaenici Graeci, Lipsiae ^{5}1869

A. Nauck, Lipsiae ^{3}1871 (Supplices, vol. I)

U. von Wilamowitz-Moellendorff, Analecta Euripidea, Berolini 1875 ('inest Supplicum fabula ad codicem archetypum recognita'); textum denuo recensuit, Griechische Tragödien I, Berlin ^{4}1904, 282–284

F. A. Paley, The Suppliant Women of Euripides, London 1888

F. A. Paley, London ^{3}1889 (Supplices, vol. I)

R. Prinz, N. Wecklein, Lipsiae 1878–1902 (Supplices, ed. Wecklein, vol. II 2, 1899)

G. Murray, Oxonii ^{1}1902–^{3}1913 (Supplices, vol. II)

N. Wecklein, Euripides: die Schutzflehenden, Leipzig 1913

L. Méridier, H. Grégoire etc. ('Collection Budé'), Paris 1923sqq. (Supplices, ed. Grégoire, vol. III, 1923)

T. Nicklin, The Suppliant Women of Euripides, Oxford 1936

G. Italie, Euripides' Smekende Vrouwen, Groningen 1951

C. Collard, Euripides: Supplices, Groningen 1975 (recensuerunt H. van Looy, AC 46 [1977] 226–229; P. T. Stevens, JHS 97 [1977] 175–176; J. Diggle, CR 27 [1977] 5–6; D. Sansone, GGA 230 [1978] 232–241; D. J. Conacher, Phoenix 32 [1978] 253–257)
J. Diggle, Euripidis Tragoediae, II, Oxonii 1981

STVDIA DISSERTATIONES NOTAE

(breviatis titulis citantur)

V. di Benedetto, Responsione strofica e distribuzione delle battute in Euripide, Hermes 98 (1961) 298–321
F. H. M. Blaydes, Adversaria critica in Euripidem, Halis Saxonum 1901
W. S. Barrett, Euripides: Hippolytos, Oxford 1964
C. J. Blomfield, Animadversiones quaedam in Euripidis Supplices et Iphigenias, Museum Criticum, Cambridge 1826, I 181–193
J. Bousquet, Euripide, Suppliantes 860 et une inscription d'Epire, REG 88 (1975) xiv–xv
P. H. Burian, Euripides, Supplices 694ff., CR 24 (1974) 175–176

C. Canter, Novarum lectionum libri octo, Antverpiae 1571
G. C. Cobet, Variae lectiones, Lugduni Batavorum ²1873
C. Collard, Notes on Euripides' Supplices, CQ 13 (1963) 178–187
–, The Funeral Oration in Euripides' Supplices, BICS 19 (1972) 39–53
–, Euripides, Supplices 176–183, RFIC 101 (1973) 411–413
–, J. J. Scaliger's Euripidean Marginalia, CQ 24 (1974) 242–249

A. M. Dale, The Lyric Metres of Greek Drama, Cambridge ²1968
–, Metrical Analyses of Tragic Choruses, 1: Dactylo-Epitrite, BICS Supplement 21. 1 (1971); 2: Aeolo-Choriambic, 21. 2 (1981)
J. D. Denniston, Eur. Supp. 1063–5, CR 45 (1931) 8
–, Lyric Iambics in Greek Drama, in: Greek Poetry and Life: Essays presented to Gilbert Murray, Oxford 1936, 121–144
J. Diggle, Marginalia Euripidea, PCPS n. s. 15 (1969) 30–59
–, Notes on Euripides' Supplices, GRBS 14 (1973) 241–269
–, Studies on the Text of Euripides, Oxford 1981
–, Euripides, Supplices 508–509, Prometheus 7 (1981) 122
P. Dobree, Adversaria, ed. J. Scholefield, Cantabrigiae 1831–1833

M. L. Earle, Euripides, Supplices 253–256, CR 7 (1893) 150–152
P. Elmsley, Quarterly Review (7 [1812] 441–456 =) 14 (1819) 441–456 (censura editionis Markland Oxonii 1811 iteratae)
–, Classical Journal 16 (1813) 417–440; 17 (1814) 49–64 (censura editionis Hermann)
(hae duae censurae in editione Markland Lipsiae 1822 iterata repetitae sunt)

H. Friis Johansen, General Reflection in Tragic Rhesis, Copenhagen 1959
F. V. Fritzsche, De Euripidis Phoenissis; G. Hermanni suasque coniecturas praemisit, diss. Rostock 1855

A. Garzya, Sul rapporto fra i codici L e P nel testo degli Eraclidi di Euripide, Serta Turyniana, Urbana 1974, 275–290
W. Gilbert, Curarum Euripidearum trias, Acta Soc. Phil. Lipsiensis 6 (1876) 337–340
R. Goossens, Notes sur quelques passages d'auteurs tragiques, RBPh 16 (1937) 623–626

J. Harry, Ὡς ἄρδῃ νηδύν (Eur. Supp. 207), CR 26 (1912) 8–9
M. Haslam, in: Arktouros: Hellenic Studies Presented to B. M. W. Knox, Berlin–New York 1979, 100
M. Haupt, Coniectanea, Hermes 8 (1874) 1–4
W. Headlam, Notes on Euripides, CR 15 (1901) 15–25
B. Heath, Notae sive lectiones ad tragicorum Graecorum veterum ... dramata, Oxonii 1762
F. Heimsoeth, Kritische Studien zu den griechischen Tragikern, Bonn 1865
–, De diversis diversorum mendorum emendationibus, III, Bonnae 1867
H. van Herwerden, Ad Euripidem, Mnem. II 5 (1877) 21–46
–, Novae lectiones Euripideae, RPhil. 2 (1878) 19–57
–, Euripidea, Mnem. II 27 (1899) 225–245
–, Novae curae Euripideae, Mnem. II 31 (1903) 261–294
E. Holzner, Kritische Studien zu Euripides, Wien 1895
J. Hooker, Euripides, Supplices 860, SO 47 (1972) 64–65
E. Hübner, Textkritische Noten zu Sophokles und Euripides, Philologus 124 (1980) 175–189

J. Jackson, Marginalia Scaenica, Oxford 1955
F. Jacobs, Animadversiones in Euripidis tragoedias, Gothae 1790
–, Exercitationes in scriptores veteres, I: Curae secundae in Euripidis tragoedias, Lipsiae 1796

R. Kannicht, Euripides: Helena, Heidelberg 1969
D. Kovacs, Tyrants and Demagogues in Tragic Interpolation, GRBS 23 (1982) 31–50

J. Lenting, Observationes criticae in Euripidem, Nova Acta Literaria Societatis Rheno-Traiectinae 1 (1821) 1–120

E. C. Marchant, Remarks on the Supplices of Euripides, CR 8 (1894) 6–9
K. Matthiessen, Studien zur Textüberlieferung der Hekabe des Euripides, Heidelberg 1974
–, Gnomon 50 (1979) 232–236 (censura editionis Heraclidarum Garzya)
J. Mesk, Der Schlachtbericht in den Hiketiden des Euripides, WS 55 (1937) 48–54
E. J. B. Meurig-Davies, Notes on Euripides, REG 61 (1948) 359–366
J. Milton, Marginalia in exemplari suo adscripta editionis Stephanianae nunc Oxonii in Bibliotheca Bodleiana Don. d. 27/8 signato: excerpserunt J. Barnes (1694); anonymus quidam, Museum Criticum, Cambridge 1826, I 283–291; M. Kelley, S. D. Atkins, J. Eng. Germ. Phil. 60 (1961) 680–687; C. Collard (ed. 1975)
S. Musgrave, Exercitationum in Euripidem libri duo, Lugduni Batavorum 1762

A. Nauck, Kritische Bemerkungen, IV, Bull. Acad. St. Pét. 9 (1866) 389–392
–, Kritische Bemerkungen, VII, Bull. Acad. St. Pét. 22 (1877) 87–96

D. L. Page, Actors' Interpolations in Greek Tragedy, Oxford 1934
J. Pierson, Verisimilium libri II, Lugduni Batavorum 1752
R. Porson, Adversaria, ed. J. Monk, C. J. Blomfield, Cantabrigiae 1812

L. Radermacher, GGA 161 II (1899) 691–719 (censura editionis maioris Wecklein)
M. D. Reeve, Interpolations in Greek Tragedy, GRBS 13 (1972) 247–265, 451–474; 14 (1973) 145–171
J. J. Reiske, Animadversiones in Euripidem et Aristophanem, Lipsiae 1753

J. J. Scaliger, Marginalia in exemplari suo adscripta editionis Canter nunc Oxonii in Bibliotheca Bodleiana Auct. S. 5. 16 signato: excerpsit J. Barnes (1694), sed vide Collard (1974) et (ed. 1975) xviii n. 1
F. W. Schmidt, Kritische Studien zu den griechischen Dramatikern, II: zu Euripides, Berlin 1886

M. Sicherl, Die editio princeps Aldina des Euripides und ihre Vorlagen, RhM 118 (1975) 205–225
O. L. Smith, On the scribal hands in the Ms P of Euripides, Mnemosyne 35 (1982) 326–331
T. C. W. Stinton, Pause and Period in the Lyrics of Greek Tragedy, CQ 27 (1977) 27–66
–, Tragica II, JHS 97 (1977) 137–154

J. Toup, Emendationes in Suidam, Londini 1760–1766
A. Tuilier, Recherches critiques sur la tradition du texte d'Euripide, Paris 1968
A. Turyn, The Byzantine Manuscript Tradition of the Tragedies of Euripides, Urbana 1957
T. Tyrwhitt, Emendationes in Euripidem, apud S. Musgrave (supra), 1762

E. Valgiglio, Euripidea, RSC 6 (1958) 145–154

N. Wecklein, Studien zu Euripides, Jb. Class. Phil. Suppl. 7 (1873–1875) 307–448
–, Jb. Class. Phil. 22 (1876) 721–730 (censura Analectorum Euripideorum Wilamowitz)
–, Beiträge zur Kritik des Euripides, I–V, SB München 1895–1899
–, Textkritische Studien zu den griechischen Tragikern, SB München 1921
M. L. West, Tragica IV, BICS 27 (1980) 9–22
–, Greek Metre, Oxford 1982
R. Westman, Euripides, Hiketiden 280 und 644, Opuscula in honorem R. Gyllenberg, Acta Acad. Aboensis, A. XLV 1 (1973) 101–103
U. von Wilamowitz-Moellendorff, Memoriae oblitteratae, Hermes 11 (1876) 291–304
–, Die sieben Thore Thebens, Hermes 26 (1891) 191–242 (= Kl. Schr. V 1, 26–77)
–, Lesefrüchte 163, Hermes 54 (1919) 64–65 (= Kl. Schr. IV 302–303)
–, Griechische Verskunst, Berlin 1921
–, Lesefrüchte 235, Hermes 65 (1930) 252–253 (= Kl. Schr. IV 520–521)

G. Zuntz, An Inquiry into the Transmission of the Plays of Euripides, Cambridge 1965

ENARRATIONES FABVLAE ET DISSERTATIONES ALIAE SELECTAE

(ad interpretationem maxime pertinent)

V. di Benedetto, Euripide: teatro e società, Torino 1971, 154–192
H. Bengl, Staatstheoretische Probleme im Rahmen der attischen, vornehmlich euripideischen Tragödie, diss. München 1929
E. Berger, Zur Deutung einer neuen Schale des Kodrosmalers, Ant. K. 11 (1968) 125–136

G. Cerri, Legislazione orale e tragedia greca. Studi sull'Antigone di Sofocle e sulle Supplici di Euripide, Napoli 1979
C. Collard, The Funeral Oration in Euripides' Supplices, BICS 19 (1972) 39–53
D. J. Conacher, Religious and Ethical Attitudes in Euripides' Suppliants, TAPA 87 (1956) 8–26 (cf. Euripidean Drama, Toronto 1967, 93–108)
P. J. Conradie, Contemporary Politics in Greek Tragedy: A Critical Discussion of Different Approaches, Acta Classica 24 (1981) 23–35

J. H. Finley, Euripides and Thucydides, HSCP 49 (1938) 23–68
J. W. Fitton, The Suppliant Women and the Herakleidai of Euripides, Hermes 89 (1961) 430–461

R. B. Gamble, Euripides' Suppliant Women: Decision and Ambivalence, Hermes 98 (1970) 385–404
R. Goossens, Euripide et Athènes, Bruxelles 1962, 417–466
J. P. Gould, Hiketeia, JHS 93 (1973) 74–103
L. H. G. Greenwood, Aspects of Euripidean Tragedy, Cambridge 1953, 92–120

K. Jeppesen, *Ἐτεοκλέους σύμβασις*: nochmals zur Deutung des Niobiden-Kraters Louvre G. 341, Acta Jutlandica XL 3, Aarhus–Copenhagen 1968

J. Kopperschmidt, Die Hikesie als dramatische Form, diss. Tübingen 1967
W. J. W. Koster, De Euripidis Supplicibus, Mnem. III 10 (1942) 161–203
H. Kuch, Krisenerscheinungen der Polis in der Euripideischen Tragödie, in: Hellenische Poleis, herausg. E. Ch. Welskopf, Berlin 1974, 1372–1381
–, Formen des Menschenbildes bei Euripides, in: Der Mensch als Maß der Dinge, herausg. R. Müller, Berlin 1976, 283–307

B. Lavagnini, Echi del Rito Eleusinio in Euripide (Supp. 54 e 469ss.), AJP 68 (1947) 82–86
A. Lesky, Die tragische Dichtung der Hellenen, Göttingen ³1972, 357–368

S. Michaelis, Das Ideal der attischen Demokratie in den Hiketiden des Euripides und im Epitaphios des Thukydides, diss. Marburg 1952

G. Norwood, Essays on Euripidean Drama, Cambridge 1954, 112–181

G. Paduano, Interpretazione delle Supplici di Euripide, ASNP 35 (1966) 193–249

R. Sauer, Untersuchungen zu Euripides, diss. Würzburg 1931, 29–42
J. Schmitt, Freiwilliger Opfertod bei Euripides, RVV 17, Giessen 1921
M. L. Shaw, The *ἦθος* of Theseus in the 'Suppliant Women', Hermes 110 (1982) 3–19
W. D. Smith, Dramatic Structure and Technique in Euripides' Suppliants, diss. Harvard 1955 (cf. HSCP 62 [1957] 152–154)
–, Expressive Form in Euripides' Suppliants, HSCP 71 (1966) 151–170
U. von Wilamowitz-Moellendorff, Griechische Tragödien I, Berlin ⁴1904, 195–226
G. Zuntz, Über Euripides' Hiketiden, MH 12 (1955) 20–34
–, Contemporary Politics in the Plays of Euripides, Acta Congressus Madvigiani, I (1958) 155–162 (= Opusc. Sel. 54–61)
–, The Political Plays of Euripides, Manchester ²1963

SIGLA

L	Codicis Laurentiani pl. gr. 32. 2 manus prima (saec. XIV ineunte)
L^{2}	manus altera eiusdem fere temporis
L^{ac}	**L** ante correctionem
L^{pc}	manus prima **L** se ipsa corrigens
L*	**L** ante rasuram
Tr^{1}	codicis **L** prima quam Demetrius Triclinius absolvit correctio sive ad exemplar effecta sive ipso nonnulla corrigente
Tr^{2}, Tr^{3}	altera vel tertia Triclinii emendatio paene tota, ut videtur, Marte suo peracta
Tr	hoc siglum nude positum monet Triclinianas manus non certe diiudicari posse
	(codicis **L** apographa)
P	Codicis Vaticani Pal. gr. 287 manus prima; codex ab **L** post primam sed ante alteram Triclinii emendationem descriptus est (saec. XIV ineunte)
P^{rubr}	codicis **P** rubricator, Ioannes Catrares Triclinii collega
(**P**)	codex **P** ad lectionem **L**/Tr^{1} redintegrandam adhibitus
P*	**P** ante rasuram
p	codicis **P** corrector Italicus (saec. XVI ut videtur)
apogr. Flor.	codex Laurentianus pl. gr. 31. 1 (saec. XV exeunte)
apogr. Par. A	codex Parisinus gr. 2887/8 (saec. XV exeunte)
apogr. Par. B	codex Parisinus gr. 2817 (saec. XVI ineunte)

BREVIATA QVAEDAM

γρ.	varia lectio praefixo signo γρ(άφεται καὶ) vel γρ(απτέον)
comp.	per compendium
dist.	distinxit
ind.	indicavit
mg.	in margine
ras.	in rasura
rescr.	rescripsit
rest.	restituit
s. l.	supra lineam
stat.	statuit
*	littera erasa
⟨. . .⟩	syllaba vocabulum versus ab eruditis aut suppletus aut desideratus
[. . .]	vocabulum aut versus ab eruditis deletus
†. . .†	verba corrupta

Nomina eruditorum nec breviavi nec Latine declinavi; quae plerumque sive nude collaudata sive affixo interdum anni aut paginarum numero ad conspectum librorum pertinent. ubi coniecturam duobus viris attributam vides, intellegas quaeso alterum alterius ignarum eam excogitavisse.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

⟨* * *⟩ *ἡ μὲν σκηνὴ ἐν Ἐλευσῖνι· ὁ δὲ χορὸς ἐξ Ἀργείων γυναικῶν* [*αἳ μητέρες ἦσαν τῶν ἐν Θήβαις πεπτωκότων ἀριστέων*]. *τὸ δὲ δρᾶμα ἐγκώμιον Ἀθηνῶν.*

Argumenti Aristophanis Byzantini fragmentum mg. add. **L²** || glossema *αἳ . . . ἀριστέων* del. Wilamowitz || *Ἀθηνῶν* Barnes *Ἀθηναίων* **L** ||

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΑΙΘΡΑ	*ΑΓΓΕΛΟΣ*
ΧΟΡΟΣ	*ΕΥΑΔΝΗ*
ΘΗΣΕΥΣ	*ΙΦΙΣ*
ΑΔΡΑΣΤΟΣ	⟨*ΠΑΙΔΕΣ*⟩
ΚΗΡΥΞ	⟨*ΑΘΗΝΑ*⟩

Personarum indicem om. **L**, suppl. **P**[rubr] || *παῖδες* (immo *παῖς*) *Ἀθηνᾶ* add. Scaliger

ΙΚΕΤΙΔΕΣ

ΑΙΘΡΑ

Δήμητερ ἑστιοῦχ᾽ Ἐλευσῖνος χθονὸς
τῆσδ᾽, οἵ τε ναοὺς ἔχετε πρόσπολοι θεᾶς,
εὐδαιμονεῖν με Θησέα τε παῖδ᾽ ἐμὸν
πόλιν τ᾽ Ἀθηνῶν τήν τε Πιτθέως χθόνα,
ἐν ᾗ με θρέψας ὀλβίοις ἐν δώμασιν
Αἴθραν πατὴρ δίδωσι τῷ Πανδίονος
Αἰγεῖ δάμαρτα, Λοξίου μαντεύμασιν.
  ἐς τάσδε γὰρ βλέψασ᾽ ἐπηυξάμην τάδε
γραῦς, αἳ λιποῦσαι δώματ᾽ Ἀργείας χθονὸς
ἱκτῆρι θαλλῷ προσπίτνουσ᾽ ἐμὸν γόνυ,
πάθος παθοῦσαι δεινόν· ἀμφὶ γὰρ πύλας
Κάδμου θανόντων ἑπτὰ γενναίων τέκνων
ἄπαιδές εἰσιν, οὕς ποτ᾽ Ἀργείων ἄναξ
Ἄδραστος ἤγαγ᾽, Οἰδίπου παγκληρίας
μέρος κατασχεῖν φυγάδι Πολυνείκει θέλων
γαμβρῷ. νεκροὺς δὲ τοὺς ὀλωλότας δορὶ
θάψαι θέλουσι τῶνδε μητέρες χθονί,
εἴργουσι δ᾽ οἱ κρατοῦντες οὐδ᾽ ἀναίρεσιν
δοῦναι θέλουσι, νόμιμ᾽ ἀτίζοντες θεῶν.
κοινὸν δὲ φόρτον ταῖσδ᾽ ἔχων χρείας ἐμῆς
Ἄδραστος ὄμμα δάκρυσιν τέγγων ὅδε
κεῖται, τό τ᾽ ἔγχος τήν τε δυστυχεστάτην
στένων στρατείαν ἣν ἔπεμψεν ἐκ δόμων·
ὅς μ᾽ ἐξοτρύνει παῖδ᾽ ἐμὸν πεῖσαι λιταῖς
νεκρῶν κομιστὴν ἢ λόγοισιν ἢ δορὸς
ῥώμῃ γενέσθαι καὶ τάφου μεταίτιον,
κοινὸν τόδ᾽ ἔργον προστιθεὶς ἐμῷ τέκνῳ
πόλει τ᾽ Ἀθηνῶν. τυγχάνω δ᾽ ὑπὲρ χθονὸς

1 not. αἴθρα om. L, suppl. Tr^2 P^{rubr} ‖ 8 τάσδε γὰρ] -δε γὰρ ras. Tr^1 | τάδε om. L,
suppl. L^{pc} ‖ 9 λιποῦσαι] λι- ras. Tr^1 λει- ut vid. L* ‖ 16 ὀλωλότας Tr^1 ὀλολό-
τας L ‖ 17 μητέρες (-ες s. l.) Tr^3 μητέρων L ‖ 17sq. θελουσῶν τῶνδε μητέρων
χθονὶ εἴργουσιν Wilamowitz (εἴργουσιν iam Kirchhoff) ‖ 27 κοινὸν Stahl μόνον L
μόνῳ Reiske

ἀρότου προθύουσ᾽, ἐκ δόμων ἐλθοῦσ᾽ ἐμῶν
πρὸς τόνδε σηκόν, ἔνθα πρῶτα φαίνεται
φρίξας ὑπὲρ γῆς τῆσδε κάρπιμος στάχυς.
δεσμὸν δ᾽ ἄδεσμον τόνδ᾽ ἔχουσα φυλλάδος
μένω πρὸς ἁγναῖς ἐσχάραις δυοῖν θεαῖν
Κόρης τε καὶ Δήμητρος, οἰκτίρουσα μὲν
πολιὰς ἄπαιδας τάσδε μητέρας τέκνων,
σέβουσα δ᾽ ἱερὰ στέμματ᾽. οἴχεται δέ μοι
κῆρυξ πρὸς ἄστυ δεῦρο Θησέα καλῶν,
ὡς ἢ τὸ τούτων λυπρὸν ἐξέλῃ χθονός,
ἢ τάσδ᾽ ἀνάγκας ἱκεσίους λύσῃ, θεοὺς
ὅσιόν τι δράσας. πάντα γὰρ δι᾽ ἀρσένων
γυναιξὶ πράσσειν εἰκός, αἵτινες σοφαί.

ΧΟΡΟΣ

ἱκετεύω σε, γεραιά, στρ.
γεραιῶν ἐκ στομάτων, πρὸς
γόνυ πίπτουσα τὸ σόν·
†ἄνομοι τέκνα λῦσαι† φθιμένων
νεκύων οἳ καταλείπουσι μέλη
θανάτῳ λυσιμελεῖ θηρσὶν ὀρείοισι βοράν

ἐσιδοῦσ᾽ οἰκτρὰ μὲν ὄσσων ἀντ.
δάκρυ᾽ ἀμφὶ βλεφάροις, ῥυ-
σὰ δὲ σαρκῶν πολιᾶν
καταδρύμματα χειρῶν· τί γάρ; ἃ
φθιμένους παῖδας ἐμοὺς οὔτε δόμοις
προθέμαν οὔτε τάφων χώματα γαίας ἐσορῶ.

ἔτεκες καὶ σύ ποτ᾽, ὦ πότνια, κοῦρον στρ.
φίλα ποιησαμένα λέ-
κτρα πόσει σῷ· μετά νυν
δὸς ἐμοὶ σᾶς διανοίας,

40 b – 41 cit. Stob. flor. IV 28, 4 Hense

33 *μένω* Markland *μενῶ* **L** ‖ **37** *ἄστυ* Tr^1 *ἄστι* **L** ‖ **39** *λύσῃ* Tr^1 *λύσι* **L** ‖ **43** *γεραιῶν* Barnes *γεραρῶν* **L** ‖ **45** sq. *ἄνα μοι* (Brodaeus) *τέκνα λῦσαι* ⟨*᾽κ*⟩ (Page) *φθιμένων* / *νεκύων ὧν* Diggle *ἀνόμους καταπαῦσαι φθιμένων* / *νεκύων οἳ* Campbell ‖ **49** *ῥυσὰ* **P** *ῥυσσὰ* **L** ‖ **50** *πολιᾶν* Tr^3 *πολιῶν* **L** ‖ **51** *καταδρύμματα* ed. Brubachiana *καταδρύματα* **L** | *χειρῶν* Tr^3 *χεροῖν* **L(P)** ‖ **53** *προθέμαν* Tr^3 *προυθέμαν* **L**

μετάδος δ᾽, ὅσσον ἐπαλγῶ μελέα ⟨᾽γὼ⟩
φθιμένων οὓς ἔτεκον·
παράπεισον δὲ σόν, ὤ, λίσσομαι, ἐλθεῖν
τέκνον Ἰσμηνὸν ἐμάν τ᾽ ἐς χέρα θεῖναι
νεκύων θαλερῶν σώματ᾽ ἀλαίνοντα τάφου.

ἀντ. ὁσίως οὐχ, ὑπ᾽ ἀνάγκας δὲ προπίπτου-
σα προσαιτοῦσ᾽ ἔμολον δε-
ξιπύρους θεῶν θυμέλας·
ἔχομεν δ᾽ ἔνδικα, καὶ σοί
τι πάρεστι σθένος ὥστ᾽ εὐτεκνίᾳ δυσ-
τυχίαν τὰν παρ᾽ ἐμοὶ
καθελεῖν· οἰκτρὰ δὲ πάσχουσ᾽ ἱκετεύω
σὸν ἐμοὶ παῖδα ταλαίνᾳ ᾽ν χερὶ θεῖναι
νέκυν, ἀμφιβαλεῖν λυγρὰ μέλη παιδὸς ἐμοῦ.

στρ. ἀγὼν ὅδ᾽ ἄλλος ἔρχεται γόων γόοις
διάδοχος· ἀχοῦσι προσπόλων χέρες.
ἴτ᾽, ὦ ξυνῳδοὶ κακοῖς,
ἴτ᾽ ὦ ξυναλγηδόνες,
χορὸν τὸν Ἅιδας σέβει·
διὰ παρῆδος ὄνυχι λευκὸν
αἱματοῦτε χρῶτα φόνιον· ⟨αἰαῖ.⟩
τὰ γὰρ φθιτῶν τοῖς ὀρῶσι κόσμος.

ἀντ. ἄπληστος ἅδε μ᾽ ἐξάγει χάρις γόων
πολύπονος, ὡς ἐξ ἀλιβάτου πέτρας
ὑγρὰ ῥέουσα σταγών,
ἄπαυστος αἰεὶ γόων.

58 ὅσσον Tr² ὅσον **L** οἷον Stinton | ⟨᾽γὼ⟩ Kirchhoff ⟨τῶν⟩ init. proximi coli Tr³ ‖ **60** σόν, ὤ, Nauck σὸν ὃ **L**(**P**) σὸν ὃν ras. Tr³ | λίσσομαι Stinton λισσόμ᾽ **L** (-σσ- rescr. Tr) λισσόμεθ᾽ **p** ‖ **61** χέρα Tr³ χεῖρα **L** ‖ **62** θαλερῶν **p** θαλερὰ **L** | σώματ᾽ ἀλαίνοντα τάφου Hermann σώματα λάινον τάφον **L** σώματ᾽ ἀλαίνοντ᾽ ἄταφα Murray ‖ **63** dist. Canter ὁσίως, οὐχ **L** | προπίπτουσα **p** προσπίπτουσα **L** ‖ **67** τὰν Hermann τὴν **L** ‖ **69** σὸν ἐμοί Musgrave τὸν ἐμὸν **L** | ταλαίνᾳ ᾽ν Wilamowitz τάλαιν᾽ ἐν **L** | χερὶ Tr³ χειρὶ **L** ‖ **70** νέκυν Scaliger νέκυα **L** νέκυ᾽ (-α eras.) Tr³ | ἀμφιβαλεῖν Tr³ ἀμφιβάλλειν **L** ‖ **71** γόων γόοις Valckenaer γόων γόων **L** ‖ **72** metrum incertum: ἀχοῦσιν προπόλων Heath, cf. antistr. 80 ‖ **73** κακοῖς corrector apogr. Par. A κακοὶ **L** κόποι Nicklin ‖ **75** χορὸς Hartung | Ἅιδας Hermann ἀίδης **L** ‖ **76**sq. λευκᾶς Blaydes, fort. recte | ⟨αἰαῖ⟩ praeeunte Wilamowitz (⟨ἒ ἔ⟩) Zuntz, etiam φονίῳ coniciens: cf. antistr. 84–85 | ὄνυχα … ⟨τε⟩ φόνιον Tr³ ‖ **80** ἀλιβλήτου Wilamowitz ‖ **82** δρόσων Camper

τὸ γὰρ θανόντων τέκνων
ἐπίπονόν τι κατὰ γυναῖκας
ἐς γόους πάθος πέφυκεν· αἰαῖ.
θανοῦσα τῶνδ᾽ ἀλγέων λαθοίμαν.

ΘΗΣΕΥΣ

τίνων γόους ἤκουσα καὶ στέρνων κτύπον
νεκρῶν τε θρήνους, τῶνδ᾽ ἀνακτόρων ἄπο
ἠχοῦς ἰούσης; ὥς φόβος μ᾽ ἀναπτεροῖ
μή μοί τι μήτηρ, ἣν μεταστείχω ποδὶ
χρονίαν ἀποῦσαν ἐκ δόμων, ἔχῃ νέον.
ἔα·
τί χρῆμα; καινὰς ἐσβολὰς ὁρῶ λόγων·
μητέρα γεραιὰν βωμίαν ἐφημένην
ξένους θ᾽ ὁμοῦ γυναῖκας, οὐχ ἕνα ῥυθμὸν
κακῶν ἐχούσας· ἔκ τε γὰρ γερασμίων
ὄσσων ἐλαύνουσ᾽ οἰκτρὸν ἐς γαῖαν δάκρυ,
κουραὶ δὲ καὶ πεπλώματ᾽ οὐ θεωρικά.
τί ταῦτα, μῆτερ; σὸν τὸ μηνύειν ἐμοί,
ἡμῶν δ᾽ ἀκούειν· προσδοκῶ τι γὰρ νέον.
ΑΙ. *ὦ παῖ, γυναῖκες αἵδε μητέρες τέκνων*
τῶν κατθανόντων ἀμφὶ Καδμείας πύλας
ἑπτὰ στρατηγῶν· ἱκεσίοις δὲ σὺν κλάδοις
φρουροῦσί μ᾽, ὡς δέδορκας, ἐν κύκλῳ, τέκνον.
ΘΗ. *τίς δ᾽ ὁ στενάζων οἰκτρὸν ἐν πύλαις ὅδε;*
ΑΙ. *Ἄδραστος, ὡς λέγουσιν, Ἀργείων ἄναξ.*
ΘΗ. *οἱ δ᾽ ἀμφὶ τόνδε παῖδες; ἦ τούτων τέκνα;*
ΑΙ. *οὔκ, ἀλλὰ νεκρῶν τῶν ὀλωλότων κόροι.*
ΘΗ. *τί γὰρ πρὸς ἡμᾶς ἦλθον ἱκεσίᾳ χερί;*
ΑΙ. *οἶδ᾽· ἀλλὰ τῶνδε μῦθος οὑντεῦθεν, τέκνον.*
ΘΗ. *σὲ τὸν κατήρη χλανιδίοις ἀνιστορῶ.*
λέγ᾽ ἐκκαλύψας κρᾶτα καὶ πάρες γόον
πέρας γὰρ οὐδὲν μὴ διὰ γλώσσης ἰόν.

85 *πέφυκε πάθος* **L**, traiec. Zuntz | *αἰαῖ*] *ἒ ἒ* **L**, cf. ad str. 76 || **87** *γόους* Elmsley (sed sprevit ipse) *γόων* **L** (nisi ex *γόον* fec. $\mathbf{L}^{pc}$) || **90** *μητέρ᾽* Scaliger || **92** *καινῶν* Elmsley || **93** *ἐφημένην* (-*μ*- ras.) Tr^3 *ἐφημμένην* **L*(P)** || **94** *ξένας* Elmsley, fort. recte || **97** *τε* Markland || **99** *προσδοκῶ* Tr^1 *δοκῶ* **L** || **100** *μητέρες* (-*ες* ras.) Tr^1 *μητέρ*** **L*** || **101** *καδμείας* (-*ας* comp.) Tr^1 ?-*ους* $\mathbf{L}^{ac}$ || **106** dist. Barnes, *ἦ* scribens (*ἢ* **L**) | *τούτου* **p** || **109** *τοῦδε* Wecklein || **111** *πάρες* **L*(P)** *πάρεις* (voluit *παρεὶς*) Tr^2 | *γόον* ras. Tr^2 *λόγον* **L*(P)**

ΑΔΡΑΣΤΟΣ

ὦ καλλίνικε γῆς Ἀθηναίων ἄναξ,
Θησεῦ, σὸς ἱκέτης καὶ πόλεως ἥκω σέθεν.
ΘΗ. τί χρῆμα θηρῶν καὶ τίνος χρείαν ἔχων;
ΑΔ. οἶσθ᾽ ἣν στρατείαν ἐστράτευσ᾽ ὀλεθρίαν.
ΘΗ. οὐ γάρ τι σιγῇ διεπέρασας Ἑλλάδα.
ΑΔ. ἐνταῦθ᾽ ἀπώλεσ᾽ ἄνδρας Ἀργείων ἄκρους.
ΘΗ. τοιαῦθ᾽ ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται.
ΑΔ. τούτους θανόντας ἦλθον ἐξαιτῶν πόλιν.
ΘΗ. κήρυξιν Ἑρμοῦ πίσυνος, ὡς θάψῃς νεκρούς;
ΑΔ. κἄπειτά γ᾽ οἱ κτανόντες οὐκ ἐῶσί με.
ΘΗ. τί γὰρ λέγουσιν, ὅσια χρῄζοντος σέθεν;
ΑΔ. τί δ᾽; εὐτυχοῦντες οὐκ ἐπίστανται φέρειν.
ΘΗ. ξύμβουλον οὖν μ᾽ ἐπῆλθες; ἢ τίνος χάριν;
ΑΔ. κομίσαι σε, Θησεῦ, παῖδας Ἀργείων θέλων.
ΘΗ. τὸ δ᾽ Ἄργος ἡμῖν ποῦ ᾽στιν; ἢ κόμποι μάτην;
ΑΔ. σφαλέντες οἰχόμεσθα. πρὸς σὲ δ᾽ ἥκομεν.
ΘΗ. ἰδίᾳ δοκῆσάν σοι τόδ᾽ ἢ πάσῃ πόλει;
ΑΔ. πάντες ⟨σ᾽⟩ ἱκνοῦνται Δαναΐδαι θάψαι νεκρούς.
ΘΗ. ἐκ τοῦ δ᾽ ἐλαύνεις ἑπτὰ πρὸς Θήβας λόχους;
ΑΔ. δισσοῖσι γαμβροῖς τήνδε πορσύνων χάριν.
ΘΗ. τῷ δ᾽ ἐξέδωκας παῖδας Ἀργείων σέθεν;
ΑΔ. οὐκ ἐγγενῆ συνῆψα κηδείαν δόμοις.
ΘΗ. ἀλλὰ ξένοις ἔδωκας Ἀργείας κόρας;
ΑΔ. Τυδεῖ ⟨γε⟩ Πολυνείκει τε τῷ Θηβαιγενεῖ.
ΘΗ. τίν᾽ εἰς ἔρωτα τῆσδε κηδείας μολών;
ΑΔ. Φοίβου μ᾽ ὑπῆλθε δυστόπαστ᾽ αἰνίγματα.
ΘΗ. τί δ᾽ εἶπ᾽ Ἀπόλλων παρθένοις κραίνων γάμον;
ΑΔ. κάπρῳ με δοῦναι καὶ λέοντι παῖδ᾽ ἐμώ.
ΘΗ. σὺ δ᾽ ἐξελίσσεις πῶς θεοῦ θεσπίσματα;
ΑΔ. ἐλθόντε φυγάδε νυκτὸς εἰς ἐμὰς πύλας . . .
ΘΗ. τίς καὶ τίς; εἰπέ· δύο γὰρ ἐξαυδᾷς ἅμα.
ΑΔ. Τυδεὺς μάχην ξυνῆψε Πολυνείκης θ᾽ ἅμα.
ΘΗ. ἦ τοῖσδ᾽ ἔδωκας θηρσὶν ὡς κόρας σέθεν;

119 cit. Cic. ad Qu. fr. II 13 Watt omisso poetae et fabulae nomine; item Cassius Dio LXII 22, 1 Boissevain

120 *ἐξαιτῶν* (*ἐξ*- ras.) Tr^{1} ? *ἀπαιτῶν* **L*** | *πάλιν* Elmsley || **127** *ἡμῖν* **L*(P)** *ὑμῖν* (*ὑ*- ras.) Tr^{2} || **130** ⟨*σ᾽*⟩ **p** || **131** *λόχους* Pierson *ὄχους* **L** || **136** ⟨*γε*⟩ Hermann ⟨*τε*⟩ **p** || **138** *ὑπῆλθε* (*ὑ*- ras.) **L**^{pc} ? *ἐπῆλθε* **L** || **145** *τοῖσδ᾽* Valckenaer *τοῖς* **L**

ΑΔ. μάχην γε δισσοῖν κνωδάλοιν ἀπεικάσας.
ΘΗ. ἦλθον δὲ δὴ πῶς πατρίδος ἐκλιπόνθ᾽ ὅρους;
ΑΔ. Τυδεὺς μὲν αἷμα συγγενὲς φεύγων χθονός.
ΘΗ. ὁ δ᾽ Οἰδίπου ⟨παῖς⟩, τίνι τρόπῳ Θήβας λιπών;
ΑΔ. ἀραῖς πατρῴαις, μὴ κασίγνητον κτάνοι.
ΘΗ. σοφήν γ᾽ ἔλεξας τήνδ᾽ ἑκούσιον φυγήν.
ΑΔ. ἀλλ᾽ οἱ μένοντες τοὺς ἀπόντας ἠδίκουν.
ΘΗ. οὔ πού σφ᾽ ἀδελφὸς χρημάτων νοσφίζεται;
ΑΔ. ταῦτ᾽ ἐκδικάζων ἦλθον· εἶτ᾽ ἀπωλόμην.
ΘΗ. μάντεις δ᾽ ἐπῆλθες ἐμπύρων τ᾽ εἶδες φλόγα;
ΑΔ. οἴμοι· διώκεις μ᾽ ᾗ μάλιστ᾽ ἐγὼ ᾽σφάλην.
ΘΗ. οὐκ ἦλθες, ὡς ἔοικεν, εὐνοίᾳ θεῶν.
ΑΔ. τὸ δὲ πλέον, ἦλθον Ἀμφιάρεώ γε πρὸς βίαν.
ΘΗ. οὕτω τὸ θεῖον ῥᾳδίως ἀπεστράφης;
ΑΔ. νέων γὰρ ἀνδρῶν θόρυβος ἐξέπλησσέ με.
ΘΗ. εὐψυχίαν ἔσπευσας ἀντ᾽ εὐβουλίας.
ΑΔ. ὃ δή γε πολλοὺς ὤλεσε στρατηλάτας.
ἀλλ᾽, ὦ καθ᾽ Ἑλλάδ᾽ ἀλκιμώτατον κάρα,
ἄναξ Ἀθηνῶν, ἐν μὲν αἰσχύναις ἔχω
πίτνων πρὸς οὖδας γόνυ σὸν ἀμπίσχειν χερί,
πολιὸς ἀνὴρ τύραννος εὐδαίμων πάρος·
ὅμως δ᾽ ἀνάγκη συμφοραῖς εἴκειν ἐμαῖς.
σῶσον νεκρούς μοι, τἀμά τ᾽ οἰκτίρας κακὰ
καὶ τῶν θανόντων τάσδε μητέρας τέκνων,
αἷς γῆρας ἥκει πολιὸν εἰς ἀπαιδίαν,
ἐλθεῖν δ᾽ ἔτλησαν δεῦρο καὶ ξένον πόδα
θεῖναι μόλις γεραιὰ κινοῦσαι μέλη,
πρεσβεύματ᾽ οὐ Δήμητρος ἐς μυστήρια,
ἀλλ᾽ ὡς νεκροὺς θάψωσιν, ἃς αὐτὰς ἐχρῆν
κείνων ταφείσας χερσὶν ὡραίων τυχεῖν.
σοφὸν δὲ πενίαν τ᾽ εἰσορᾶν τὸν ὄλβιον,
πένητά τ᾽ εἰς τοὺς πλουσίους ἀποβλέπειν
ζηλοῦνθ᾽, ἵν᾽ αὐτὸν χρημάτων ἔρως ἔχῃ,

149 ⟨*παῖς*⟩ Erfurdt, Porson ‖ **150** *κτάνοι* Hermann *κτάνῃ* **L** ‖ **151** *τήνδ᾽* Markland *τήν γ᾽* **L** ‖ **153** *οὔ που* Kirchhoff *οὔ πω* **L**^{ac} *ἦ που* Tr^{2} glossema *ἀρα* (vol.? *ἆρα*) mg. **L** ‖ **154** *ταῦτ᾽ ἐκδικάζων* Hermann *ταυτὶ δικάζων* **L** *ταύτῃ δικάζων* Blomfield ‖ **158** *τὸ* Musgrave *τί* **L** ‖ **162** *δή γε* suspectum *δῆτα* Porson | *ὤλεσε* ed. Aldina *ἤλασε* **L** | versum Theseo continuat Valckenaer, del. Dindorf ‖ **174** *ἃς* voluit versio Melanchthonis – Xylandri Latina *quas ipsas* vertens *ὡς* **L** ‖ **176–183** varie tentati et deleti

τά τ᾽ οἰκτρὰ τοὺς μὴ δυστυχεῖς δεδορκέναι.
⟨* * * * * * * * * * *⟩
τόν θ᾽ ὑμνοποιὸν αὐτὸς ἂν τίκτῃ μέλη
χαίροντα τίκτειν· ἢν δὲ μὴ πάσχῃ τόδε,
οὔτοι δύναιτ᾽ ἂν οἴκοθέν γ᾽ ἀτώμενος
τέρπειν ἂν ἄλλους· οὐδὲ γὰρ δίκην ἔχει.
    τάχ᾽ οὖν ἂν εἴποις· Πελοπίαν παρεὶς χθόνα
πῶς ταῖς Ἀθήναις τόνδε προστάσσεις πόνον;
ἐγὼ δίκαιός εἰμ᾽ ἀφηγεῖσθαι τάδε.
Σπάρτη μὲν ὠμὴ καὶ πεποίκιλται τρόπους,
τὰ δ᾽ ἄλλα μικρὰ κἀσθενῆ· πόλις δὲ σὴ
μόνη δύναιτ᾽ ἂν τόνδ᾽ ὑποστῆναι πόνον·
τά τ᾽ οἰκτρὰ γὰρ δέδορκε καὶ νεανίαν
ἔχει σὲ ποιμέν᾽ ἐσθλόν· οὗ χρείᾳ πόλεις
πολλαὶ διώλοντ᾽, ἐνδεεῖς στρατηλάτου.
ΧΟ. κἀγὼ τὸν αὐτὸν τῷδέ σοι λόγον λέγω,
Θησεῦ, δι᾽ οἴκτου τὰς ἐμὰς λαβεῖν τύχας.
ΘΗ. ἄλλοισι δὴ ᾽πόνησ᾽ ἁμιλληθεὶς λόγῳ
τοιῷδ᾽. ἔλεξε γάρ τις ὡς τὰ χείρονα
πλείω βροτοῖσίν ἐστι τῶν ἀμεινόνων·
ἐγὼ δὲ τούτοις ἀντίαν γνώμην ἔχω,
πλείω τὰ χρηστὰ τῶν κακῶν εἶναι βροτοῖς
εἰ μὴ γὰρ ἦν τόδ᾽, οὐκ ἂν ἦμεν ἐν φάει.
αἰνῶ δ᾽ ὃς ἡμῖν βίοτον ἐκ πεφυρμένου
καὶ θηριώδους θεῶν διεσταθμήσατο,
πρῶτον μὲν ἐνθεὶς σύνεσιν, εἶτα δ᾽ ἄγγελον
γλῶσσαν λόγων δούς, ὥστε γιγνώσκειν ὄπα,
τροφήν τε καρποῦ τῇ τροφῇ τ᾽ ἀπ᾽ οὐρανοῦ
σταγόνας ὑδρηλάς, ὡς τά τ᾽ ἐκ γαίας τρέφῃ
ἄρδῃ τε νηδύν· πρὸς δὲ τοῖσι χείματος
προβλήματ᾽, αἶθόν ⟨τ᾽⟩ ἐξαμύνασθαι θεοῦ,
πόντου τε ναυστολήμαθ᾽, ὡς διαλλαγὰς
ἔχοιμεν ἀλλήλοισιν ὧν πένοιτο γῆ.

179 *δεδορκέναι* Tyrwhitt *δεδοικέναι* **L** | lacunam post vs. stat. Matthiae || **180** *ἂν* Scaliger (sed cum *αὐτὸν*) *ἀν* **L** || **181** *τόδε* **L**pc *τάδε* **L**ac || **183** *τέρπειν* mg. et in textu *τρέπειν* **L** traiec. Tr1 || **187** *ὠμὴ* Canter *ἡ ᾽μὴ* **L** || **200** *ἦμεν* Tr2 *ἤμην* **L** || **201** *ἐκ πεφυρμένου* **p** *ἐκπεφυρμένον* **L** || **204** *ὡς γεγωνίσκειν ὄπα* Scaliger (*ὄπι*), Wakefield || **206** *ὑδρηλάς* (-*λ*- ras.) Tr1 *ὑδρηράς* **L*** | *τά τ᾽* Markland *τά γ᾽* **L** || **208** *προβλήματ᾽* **p** *πρόβλημά τ᾽* **L** | *αἶθόν* ⟨*τ᾽*⟩ Tanaquil Faber et (*αἶθός* ⟨*τ᾽*⟩) Milton

ἃ δ᾽ ἔστ᾽ ἄσημα κοὐ σαφῶς γιγνώσκομεν,
ἐς πῦρ βλέποντες καὶ κατὰ σπλάγχνων πτυχὰς
μάντεις προσημαίνουσιν οἰωνῶν τ᾽ ἄπο.
ἆρ᾽ οὐ τρυφῶμεν θεοῦ κατασκευὴν βίῳ
δόντος τοιαύτην, οἷσιν οὐκ ἀρκεῖ τάδε;
ἀλλ᾽ ἡ φρόνησις τοῦ θεοῦ μεῖζον σθένειν
ζητεῖ, τὸ γαῦρον δ᾽ ἐν φρεσὶν κεκτημένοι
δοκοῦμεν εἶναι δαιμόνων σοφώτεροι.
ἧς καὶ σὺ φαίνῃ δεκάδος, οὐ σοφὸς γεγώς,
ὅστις κόρας μὲν θεσφάτοις Φοίβου ζυγεὶς
ξένοισιν ὧδ᾽ ἔδωκας ὡς δόντων θεῶν,
λαμπρὸν δὲ θολερῷ δῶμα συμμείξας τὸ σὸν
ἥλκωσας οἴκους· χρὴ γὰρ οὔτε σώματα
ἄδικα δικαίοις τὸν σοφὸν συμμιγνύναι,
εὐδαιμονοῦντας δ᾽ ἐς δόμους κτᾶσθαι φίλους.
κοινὰς γὰρ ὁ θεὸς τὰς τύχας ἡγούμενος
τοῖς τοῦ νοσοῦντος πήμασιν διώλεσε
τὸν οὐ νοσοῦντα κοὐδὲν ἠδικηκότα.
ἐς δὲ στρατείαν πάντας Ἀργείους ἄγων,
μάντεων λεγόντων θέσφατ᾽, εἶτ᾽ ἀτιμάσας
βίᾳ παρελθὼν θεοὺς ἀπώλεσας πόλιν,
νέοις παραχθείς, οἵτινες τιμώμενοι
χαίρουσι πολέμους τ᾽ αὐξάνουσ᾽ ἄνευ δίκης,
φθείροντες ἀστούς, ὁ μὲν ὅπως στρατηλατῇ,
ὁ δ᾽ ὡς ὑβρίζῃ δύναμιν ἐς χεῖρας λαβών,
ἄλλος δὲ κέρδους οὕνεκ᾽, οὐκ ἀποσκοπῶν
τὸ πλῆθος εἴ τι βλάπτεται πάσχον τάδε.
τρεῖς γὰρ πολιτῶν μερίδες· οἱ μὲν ὄλβιοι
ἀνωφελεῖς τε πλειόνων τ᾽ ἐρῶσ᾽ ἀεί·
οἱ δ᾽ οὐκ ἔχοντες καὶ σπανίζοντες βίου
δεινοί· νέμοντες τῷ φθόνῳ πλέον μέρος

238–245 cit. Stob. flor. IV 1, 10 Hense gnomologis adulteratos

212 *πτυχὰς* Elmsley *πτύχας* **L** ‖ **221** *δόντων* Scaliger *ζώντων* **L** *ἐώντων* Porson ‖ **222** *δῶμα* sic in **L** scriptum ut apographa Flor. et Par. *σῶμα* legerent; *δῶμα* tamen **P** ‖ **223** *χρὴ* Hartung *χρῆν* **L** ‖ **225** *τ᾽* Markland ‖ **228** *οὐ νοσοῦντα* Lambinus *συννοσοῦντα* **L** ‖ **230** vs. del. Wilamowitz ‖ **238–245** del. Schenkl, plerique edd. ‖ **238** *οἱ μὲν* ras. **p**, hab. Stob. codd. SM *οἱ γὰρ* **L** *οἱ μὲν . . .* **239** *ἀνωφελεῖς δὲ* Stob. cod. A ‖ **239** *τ᾽* del. Reiske, hab. Stob. (*δ᾽* cod. A) ‖ **241–242** sic interpungendum puto; *δεινοί, . . . μέρος, . . . ἀφιέναι* Musgrave *δεινοί, . . . μέρος, ἐς τούς* <*τ᾽*> *. . . ἀφιᾶσιν* Kirchhoff | *πλέον* Dindorf *πλεῖον* **L** Stob.

ἐς τοὺς ἔχοντας κέντρ᾽ ἀφιᾶσιν κακά,
sunt || 626–627 'deos iterum precamur iam invocatos, sed hoc nobis maximam contra timorem praebet fiduciam', cf. Tro. 469–471 ὦ θεοί· κακοὺς μὲν ἀνακαλῶ τοὺς συμμάχους, ὅμως δ' ἔχει τι σχῆμα κικλήσκειν θεούς, ὅταν τις ἡμῶν δυστυχῆ λάβῃ τύχην || 636 cf. 755 ὅσοι . . . ἐπτ' ἐφέστασαν λόχοις. si θανόντων (Heath) emendationi Musgrave praeponis, credas necesse est nuntium se servum domini Capanei (639–640) praeter omnia velle ostentare; 'abundat' autem 'articulus', Diggle (ed. 1981) || 639 σε . . . ἀποπαύσω sc. 'prohibebo te quominus multa ex me interroges, cum victoriam Thesei necnon meas ipsius fortunas hoc modo statim expono'. σε . . . ἀπολύσω Herwerden (1877) 36, cui assentitur Diggle, Studies 17, sc. 'paucis te verbis absolvam' || 653–667 locus varie tentatus, v. imprimis Wilamowitz (1891); Mesk (1937); Collard (1963) 178–182 et (ed. 1975) 278–284, 443–444; Diggle (1973) 252–263 et Studies 17sq. Euripidis narratio hanc fere habet rationem: nuntius qui ad portam Electrae (651) versabatur, tres partes exercitus Atheniensis contuebatur h. e. pedites (654–660a), equites (660b–662a) et essedarios (662b–663); Thebanae copiae Atheniensibus oppositae erant (664–667). nuntius sic in meridiem speculans habebat ante oculos pedites Atheniensium inter collem extensos quem is audivit vocari Ismenium (654–655) ab oriente in occidentem usque ad fontem Martis (660); dextro eorum cornui imperabat rex, civibus scilicet antiquissimae arcis Cecropiae incolis (656–658), et Paralus sinistro (659–660a). hunc heroa Euripides verisimilitudinis causa modo in narrationem induxit aeque atque aurigam Thesei Phorbanta (680); neuter enim insigne aliquid perficit. si lectio L in 661–662 est ut videtur sana, equites Atheniensium in duas turmas aequas utrimque peditum in latera instructi sunt (660b–662a: v. Collard [ed. 1975] 283–284, Diggle [1973] 257–261); essedae porro infra tumulum Amphionis dispositae sunt (662b–663), qui a parte urbis in septentrionem versa aliquantum aberat. itaque nuntius quamquam equites proxime h. e. a meridionali urbis parte intuebatur, asseveravit tamen 'se illic fuisse et res ipsum spectavisse ubi essedae vectoresque armati proeliarentur' (684–685), h. e. in regione septentrionali procul remota. hoc omne quamvis inter se repugnans non maioris tamen est momenti quam quod Euripides copias proeliantium tam primo cum cura disponere videtur quam mox temere obliviscitur sui 'sinistrum dextrumque' (705) modo et 'medium' (699) commemorans. nam poeta vividam et satis credibilem sibi sperabat narrationem fictis ad epicam maxime normam personis animis eventibus (de quibus v. Collard [ed. 1975] 277–279) || 662 congruentiam 660 ὄχλον cum 662 ἴσους necesse est ut putes satis defensam ex Hec. 38sq. στράτευμα . . . πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην, S. Phil. 356sq. στρατὸς . . . ὄμνυντες etc. aut ex sensu ὄχλον πρὸς κρασπέδοισι . . . τεταγμένον intellegas sc. 'in duas (aequas) partes divisum': hoc Diggle (1973) 259 || 666 fort. respicit Hesych. *A* 5168 Latte ἀνθωπλισμένοι· ἀντιτεταγμένοι || 679 πρὸς ἀλκὴν (Wecklein) 'ad defensionem' laudat Diggle (ed. 1981) collato And. 1148sq. ὦρσε δὲ στρατὸν στρέψας πρὸς ἀλκήν. sed ἐς ἀλκήν semper 'in pugnam' valet apud Euripidem secundum Pearson ad Hel. 42, ex. gr. Phoe. 421 στρωμνῆς ἐς ἀλκὴν . . . ἤλθομεν πέρι. cf. infra 683 || 680 Φόρβας . . . μοναμπύκων ἄναξ: cf. Bekker, Anecd. 314, 9 Φορβαντεῖον· ἡρῷον Φόρβαντος, ὃς ἦν ἡνίοχος Θησέως || 684–693 nuntius quo ad summam rei propius accedit, eo magis commovetur tamquam in narratione epica, ex. gr. Hom. Il. 11, 218sqq. aspera inde et interrupta est oratio; sed versus 686 potius ob hoc ipsum conservandus est quam delendus (Herwerden [1877] 37) || 699 adhuc inter viros doctos contenditur utrum Euripides versus composuerit per mediam caesuram aequaliter divisos elisione non ipsam sublevatam sicut 774 οὐκ ἔστι τἀνάλωμ' ἀναλωθὲν λαβεῖν. credunt inter alios Dodds ad Bacch. 1125 et West (1980) 22 n. 23 (cautius [1982] 83 n. 18) citatis narrationum tragicarum versibus hisce: Bacch. 1125, Hec. 1159, Supp. 699, fr. 495, 6; cf. etiam in diverbiis IA 306, supra 303 (vide n.); negant imprimis Maas, Greek Metre § 103 et Diggle (1973) 263–264 nostrum versum emendans || 702 (Elmsley): cf. Held. 838sqq. ἦν δὲ δύο κελεύσματα· (L. Dindorf: τοῦ κελεύσματος L) Ὦ τὰς Ἀθήνας· Ὦ τὸν Ἀργείων γύην σπείροντες, οὐκ ἀρήξετ' αἰσχύνην πόλει; || 716–717 correc-

tio Reiske chiasmum efficit i. e. *τραχήλους ἀποκαυλίζων* et *κυνέας θερίζων*, ut explicavi (1963) 182 | locum fortasse respicit Stat. Theb. 8, 698 sq. *truncus sua membra remittit interdum galeasque rotat per nubila plenas* || **718** *ἔτρεψαν . . . πόδα* 'se in fugam verterunt', cf. S. Trach. 549 *ὑπεκτρέπειν πόδα*; usitatius *τρέπειν εἰς φυγήν* 'fugare' est || **732–733** correxit Markland, 'minores me pati calamitates'. nam *τὰς συμφορὰς ἔχειν ἔλασσον* (**L**) nihil aliud potest dicere quam 'rem mihi minus succedere': v. Gow ad Theocr. 11, 42 *ἕξεις οὐδὲν ἔλασσον*, LSJ s. v. *ἐλάσσων* I 1. coniecturae aliae non satisfaciunt nisi fortasse *κοὐ δοκῶ τῆς συμφορᾶς ἔχειν ἔλασσον* (Italie) 'nec sentio me calamitate mea superari'; genetivus enim propter articulum non nisi comparationis est (quod vitiat coniecturam Heath). Scaliger saltem articulum partitivo recte abiudicavit scribens *τοι συμφορᾶς* 'et quidem sentio me minus calamitatis habere' || **739** Euripides conciliantem Eteoclem sibi excogitavisse videtur quo plenius Adrasti illustret paenitentiam. Eteoclem tamen et Polynicem auctore Hercule de pace agentes contendit se agnoscere Jeppesen (1968) in cratera Mus. Louvre G. 341 anno a. C. fere 460 depictos; improbavit non sine causa J. P. Barron, JHS 92 (1972) 41 sq. || **745–746** 'interpolirt um den Genetiv in *κενοὶ βροτῶν* zu erklären', Wilamowitz (1904), cf. Friis Johansen (1959) 95 n. 138; sententiae saepe deturbatae vel interpolatae sunt, ex. gr. 901–908; cf. Barrett ad Hipp. 191–197. hic 745–746 dittographiam paene 739–744 faciunt. coniecturarum per quas viri docti servare aut sanare versus studuerunt meliores me iudice styloque Euripideo maxime congruentes protulerunt Nauck et Page (sed *εὔκαιρος* apud Euripidem novum foret) || **747** *λόγοις* pro *φίλοις* Wecklein (Beiträge II 493) collata varia codicum lectione et Ion 649 et S. Ai. 330. sed exspectatam antithesin praebent 748–749 *λόγος* (bis) et (*ἔργον*) *φόνῳ* || **752** *ταραγμὸς . . . δορός* (Hermann) 'perturbatio belli', cf. 474 sq. *κλύδων . . . δορός*. *δορί* non recte **L**, Theseus enim arma non intra urbem intulerat, 723–725 || **762** *νιν* (sc. *νεκρούς*) . . . *ἦγον*: HF 454 *ἀγόμεθα ζεῦγος οὐ καλὸν νεκρῶν*. Blaydes et post eum Italie *ἦραν* coniecerunt: 'servi mortuos ex caede tantum extulerunt, non ad ipsam Eleusin reportaverunt' || **769** sc. *πόσῳ* (*μᾶλλον*) *σφιν συνθανεῖν ἂν ἤθελον* (*ἢ ζῆν ἔτι*); similis adverbii ellipsis Andr. 350 sq. *πόσας ἂν εὐνὰς θυγατέρ' ἠδικημένην βούλοι' ἂν εὑρεῖν ἢ παθεῖν ἁγὼ λέγω*; || **772** *ἀλλ' εἶεν* corrupte **L**, nam *εἶέν* nusquam nisi initio sententiae vel absolutum invenitur. optima Blaydes correctio *ἀλλ' εἶμ' ἵν'* dependentibus duobus subiunctivis *αἴρω* et *ἐκχέω*. Paley minus bene *ἀλλ' εἶμ' ἐπαρῶν* coniecit quocum *ἐκχέω* futuri temporis coniungeretur. *ἀλλ' εἶ' ἀναίρω* Markland, quod sermonis paene communis est neque Adrasto hic maerenti bene congruit || **790** *τί μὲν γὰρ κτλ.* Nauck, recepit Diggle (ed. 1981); sed cum 792 *νῦν δ' ὁρῶ* vix consistere videtur || **800** *ἀύσατ' ἀπύσατ'* assonantiam Euripidi gratissimam praestat sicut Ion 1446 *τίν' αὐδὰν ἀύσω*;, cf. 819–820 || **805** *τῶν γ' ἐμῶν ἐγὼ κακῶν* traiecit Diggle (ed. 1981) collato Phoe. 733 *τῶν ἐμῶν ἐγὼ κακῶν*, Men. Dysc. 189, Misum. 248 || **811** *προσάγετ'* ⟨*ἄγετε*⟩ Diggle (1973) 265 et Studies 18 sqq. collatis Alc. 400 *ὑπάκουσον ἄκουσον*, Hec. 1167 *ἀπωλέσατ' ὠλέσατε* etc. v. etiam conspectum metrorum || **814** 'inter quos fato decertatum est', i. e. aeque inter occisos atque occidentes: sic Adrastus confitetur se non minus fato quam merito devictum esse, 737–744. *ἐφ' οἷς* (Wilamowitz) tantum ad occisos refert, 'propter quos victoria proelio data est ut redimerentur' || **819–820** pro corruptis habuerunt aliqui, opinor non recte. *τοῖς τεκοῦσι* dicit *ἡμῖν ταῖς μητράσι*, *λέγεις* sc. (*αἰαῖ*) *λέγεις* dicit *αἰάζεις*, et *ἀίετε* indicativi modi paronomasiam *αἰαῖ* facit mutuae lamentationi more Euripideo congruentem; cf. ex. gr. HF 899 sq. – *αἰαῖ κακῶν.* – *αἰαῖ δῆτα τὸν γεραιὸν ὡς στένω πατέρα* || **830** *τε* pro *δὲ* Diggle, comparanda tamen in simili precatione coniunctio per *καὶ . . . δὲ . . . τε* [A.] PV 1046 sqq.; cf. Jebb ad Trach. 1076; Denniston, Particles 500 || **835** *ἐς ἡμᾶς* coniectura palmaris Bothe, Elmsley, 'in nos enim ipsos Argivos convertit se perniciosa Oedipodis Erinys'; chorus sic etiam Argivum Iphin certiorem facit 1078 sq. *μετέλαχες τύχας Οἰδιπόδα, γέρον, μέρος καὶ σὺ* ⟨*καὶ*⟩ *πόλις ἐμὰ τλάμων*. frustra igitur editores *ἐρημά σ'* (Markland, Hermann) receperunt, quod desolationi Oedipodis vim tribuit ingratam; neque hyperbaton *σε . . . ἦλθε*

tolerandum || 838–840 locus multum vexatus et fortasse insanabilis. res mihi saltem videtur ita se habere: Theseo licet neminem nisi Adrastum hortari ut *ἐπιτάφιον* pronuntiet (841–843); nec plane fieri potest ut chori matres suos ipsarum filios collaudent, 'id quod viri solum munus est' (E. Fraenkel, SB München [1963, 1] 72 n. 2). igitur pronomen *σε* 838 non nequit ad Adrastum spectare qui in scaena iamdudum adest; Theseus eum ingressus primum alloquitur nec locus omnino cum 381 comparandus est ubi Theseus cum fetiali iam colloquens ingreditur (sic etiam D. Mastronarde, Contact and Discontinuity etc. [1979] 116sq.). hoc pronomen ergo si in 838 adservatur, 840 tam vocativus *Ἄδραστε* quam *(ἀν)ιστορῶ* (cf. *ἐρωτᾶν* 838) omnino legenda sunt. quod ad reliqua attinet, editores futurum *ἀφήσω* 839 fere omnes damnaverunt (v. Apparatum); sunt qui dittographiam 839 *ἀφῆκα* (Heath pro *ἀφήσω*) . . . 840 *εἴασα* adeo sentiant ut alterutrum membrum secludant, ex. gr. 838 . . . *ἐξήντλεις γόους* [839] 840 *εἴασα μύθους* Nauck. ego olim cogitabam post Paley *μέλλων* [*σ'*] *ἐρωτᾶν ἡνίκ' ἐξήντλει στρατῷ γόους, ἀφῆκα·* [*τοὺς ἐκεῖ . . . μύθους*] *νῦν δ' Ἄδραστον ἱστορῶ*; sed nunc mihi locus videtur potius illam Euripidi pergratam ostendere abundantiam quam interpolatus esse || 842 *εἰπ*** L*, quod *εἰπὸν* i. e. imperativum *εἶπον* fuisse putaverunt edd. aliqui, quae forma apud tragoedos non exstat | particulam *γε* vim imperativi augentem addubitat Diggle, Studies 21sqq. exemplis apud Denniston, Particles 125 aliisque perpensis; item R. Dawe, Studies . . . Sophocles, III [1977] 57sq. locum sanare conatus est Hermann (teste Wilamowitz in Analectis) sic delens: *εἴπ'·* [*ὡς σοφώτερος νέοισιν ἀστῶν τῶνδ'·*] *ἐπιστήμων κτλ.*; sed fundamentum paraenesi ita praeripitur (cum 841–843 cf. 917 *οὕτω παῖδας εὖ παιδεύετε*). Diggle confert Phoe. 529sq. *ἡμπειρία ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον*, fr. 508, 691 etc.; adde Thuc. I 72, 1, II 34, 6 || 843 *ἀστῶν* ambigue de militibus Thesei praesentibus (838 *στρατῷ*) et de iunioribus spectatoribus dicitur; *τῶνδε* igitur in *τοῖσδε* non recte mutavit Wilamowitz || 844 *εἶδον* melius ad *νέοι* refertur me iudice quam ad ipsum Theseum || 860 *τὸ λάβρον . . . βέλος* sc. fulmen Iovis, 831 *πυρὸς ὁ φλογμὸς ὁ Διός*, 934 *Διὸς πυρί*. irrisio hinc urbis Thermi saevissima effecta est per commutatum Euripidis epitheton quae apud Polyb. V 9, 5 enarratur (*ὁρᾷς τὸ δῖον οὗ βέλος διέπτατο;*); Philippus V enim Thermum anno a. C. 218 diruit ignesque subdidit templa Dionis Macedonici vindicans ab Aetolis sacrilegis oppugnata. inscriptio nunc Ioanninae conservata irridentem versum repetere videtur: v. Walbank ad Polyb. l. c.; Bousquet (1975). locum fusius tractavi (1972) 41; *τὸν ἁβρὸν* (L) def. Hooker (1972) || 870 *ἄκραντον* (L): sensus ex 869 supplendus est sc. 'imperfectum nihil relinquebat quorum et domesticis et civibus promiserat; nam sincerum se atque affabilem omnibus praestabat'. *ἄκρατον* (Lenting) credo editores decipere, quod sic nude positum sensum desideratum dare non potest 'immoderatus numquam erat'; consulas quaeso lexica et indices. moderatio Capanei insuper iam 860–862 depicta est. asyndeton (869–870) talibus descriptionibus consuetum est, cf. 907, Or. 903sqq. || 884 *ψυχῇ* pro *φύσει* Lenting et nuper West (1980) 13 contendens *ψυχή* potius quam *φύσις* victu et exercitatione temperari; confert *διδόναι ψυχῇ* A. Pers. 941, IG 12 (9), 287 etc. || 886 non iteratio tantum Euripidi dilecta hanc laudationem fere totam conformat imprimis praepositionis *πρός* (882, 883, 885) et participiorum (884, 885, 886, 887), sed paronomasia Hippomedontis conspicua 'equos regentis, equis gaudentis' (881, 887; cf. 884 *ἀγροὺς . . . ναίων*, 885 *ἐς ἄγρας . . . ἰών*), ita ut lectio L 885 *ἔχαιρε . . .* 886 *χαίρων* nequaquam deturbanda sit. *ἵππους τ' ὀχμάζων* Herwerden collato El. 817, alia alii || 889 *παῖς* del. Dindorf collato rhythmo A. Sept. 547 *Παρθενοπαῖος Ἀρκάς· ὁ δὲ τοιόσδ' ἀνήρ*. sed neque *παῖς . . . Ἀταλάντης γόνος* dittographiam faciunt (haec sane usitatior formula est, ex. gr. Phoe. 150, 1153, cf. 1106 *ἔκγονος*) neque ipsum *παῖς* inane est: Euripides nomen Parthenopaei *ἐτυμολογεῖ* et pro formosa pueritia (889, fortasse etiam 899–900) et pro sententia 889–891 *παῖς . . . παιδεύεται* (cf. 917 *παῖδας εὖ παιδεύετε*, 841–842). cum 'anapaestico pede secundo' cf. Or. 1314, 1655 etc.; West (1982) 82 || 896 *ἐνεστώς hapax* tragicum est sed sine dubio sanum; *ἐφεστώς* Blomfield collato 755 *ἔπτ' ἐφέστασαν λόχοις* || 899–900 propter corruptum *ὅσας* del. L. Din-

dorf, propter sententiam exeunti descriptioni parum congruentem (cf. 870–871, 879–880, 887, 896–898) ego (1972). Euripidei certe sunt versus, huc fortasse eodem tempore quo 904–906 interpolati sive ex alia fabula sive post 895 elapsi | *ἴσας* Canter, cf. S. El. 1365 *πολλαὶ . . . νύκτες ἡμέραι τ' ἴσαι*, E. fr. 990. *τόσας* primus England (coniectura inedita), cf. Norwood (1954) 147 n. 1 et Diggle (1969) 18; sed Euripides ubicumque *δὶς τόσος, δὶς τόσως* coniuncta scribere videtur (C. Austin, M. D. Reeve, Maia 22 [1970] 14) || **901–908** 'cum solos 901 et 907–908 uno tenore citet Stob., forsitan his pristina laudationis forma servetur. alioqui delendi 904–908, servandi 902 et, qualem e Numenio restituit Wilamowitz, 903', Diggle (ed. 1981). hoc ego iampridem contendi (1972, ed. 1975) et iterum hic contendere volo, credens Wilamowitz (v. 903 n.) ope Numenii 903 *ἀγυμνάστων σφαγεύς* huic quoque laudationi desideratum orationis propositum restituisse sc. *τὴν ἑκάστου παιδείαν καὶ ἄσκησιν* (cf. ad 842); lacunam etiam post 908 olim statuebam. Diggle contra 'hoc minus probabile puto, cum orationis propositum sit indolis non artis bellicae descriptio'; sed cf. 841, 844–845, 885, 896–898, 910 | certe 904–906 interpolati sunt, ex alia fabula ut videtur; 907–908 eadem via irrepsisse credo, fortasse auxilio histrionum, cf. infra || **903** verba *πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφά* (L) glossema esse *δεινὸς σοφιστής* agnovit Wilamowitz (1876) 302. *ἀγύμναστος* ambigue dicitur et de exercitatione corporis (Phoe. 1147, fr. 344, cf. Rhes. 31, 313) et de rhetorica (Bacch. 491, fr. 598). Tydeus vere *σφαγεύς* appellatur, cf. A. Sept. 574 *πρόσπολον φόνου*, E. fr. 537 etc. || **905** *παρέσχετ'* Diggle sed cf. Or. 1169 *ὅν* (sc. Agamemnona) *οὐ καταισχυνῶ δοῦλον παρασχὼν θάνατον, ἀλλ' ἐλευθέρως ψυχὴν ἀφήσω* || **907–908** num hi potius quam 902–903 genuini sunt, ut Diggle putat? haec etiam quaeso perpendantur: (1) *φιλότιμος, φιλοτιμία* ab Euripide alibi (septies) semper inimice adhibentur; (2) *ἴσον* non facile intellegitur: nam si idem ac '*δίκαιον*' valet (Murray), Adrastus dicit fere 'facta eius non verba erant iusta', id quod *ἔπαινον . . . μέγαν* prorsus non reddit; si contra 'mens re non verbo aequa' valet (Diggle) i. e. 'mens *φιλότιμον ἦθος πλούσιον* aequa', antithesis efficitur aequiparatis *ἦθος* et *φρόνημα* laudationi parum idonea. locutionem *ἦθος πλούσιον* olim addubitabam sed v. West ad Hes. Op. 455 collatis El. 371 etc. || **913** *γενέσθαι* (L) rectius quam *κεκλῆσθαι* (Stob.) aut *λέγεσθαι* (Diggle), Adrastus enim fortes esse non videri cupit iuvenes. anthologi hos omnes versus 911–917 suis consiliis adulteraverunt || **920–921** v. conspectum metrorum || **926** traiectionem Baier propter unicam in prima syllaba synizesin *θεοί* commendat Diggle, PCPhS 20 (1974) 33. etiam *ἀφαρπάσαντες* (Paley) meditatur, sed cf. Hec. 208 *χειρὸς ἀναρπαστὰν σᾶς ἄπο λαιμότομόν τ' Ἀΐδᾳ γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότον* || **939** *αὐτὸς* (L) frustra defendit Verrall ('nemine iubente' secundum Murray); v. R. Ackermann, GRBS 14 (1973) 103–108 || **967** superlativum *-τάτως* (Reiske, rec. edd. plerique) timeo per coniecturam introducere; traditur autem A. Supp. 672, S. OC 1579 || **968–969** 960 *δυσαίων δ' ὁ βίος* metri causa necnon styli potius conservanda sunt quam cum Wilamowitz (1921) 550 in *βίος δὲ δυσαίων* mutanda; etiam 968 facilius corrigitur. 969 *οὐ ζωοῖς ἀριθμουμένα* suadent Stinton, JHS 97 (1977) 145sq. et Diggle, Studies 23sq.: ad *οὔτε . . . οὐ* cf. h. hom. Cer. 236, Med. 1348, S. Ant. 249 etc. (citat Stinton l. c. ad S. El. 139; cf. Denniston, Particles 510); *οὔτε ζῶσ'* (Wilamowitz) olim praetuli, sed acervata participia 968–970 minus placent | ad sententiam 968–969 cf. Alc. 141, 521, S. Ant. 850–852 etc. || **970** *τάνδ'* pro *τῶνδ'* Dobree, sed *χωρὶς . . . τῶνδε* idem fere dicit ac *μέσαν* (*μοῖραν*): cf. Hel. 1137 *ὅ τι θεὸς ἢ μὴ θεὸς ἢ τὸ μέσον*, A. Sept. 147 || **974a** Diggle, Studies 24–26 convincit me lectionem L *στέφανοι κόμας* frustra defendisse contendentem (ed. 1975 ad loc.) coronas hic filiorum funebres esse ut HF 626 *τέκνα . . . στολμοῖσι νεκρῶν κρᾶτας ἐξεστεμμένα*, Med. 980, Tro. 1143sq.: quomodo enim matres filiorum cineribus imponant coronas? *κόμαι* igitur aeque ac *κουραί* non nisi orbatorum sunt, quibus prohibitum est Athenis inter luctus se coronare, Aristot. fr. 101 Rose, Pl. Leg. 800e. 973 *μνήματα* sunt ipsa obsequiarum munera i. e. 974–976 tonsio libamentum nenia; itaque et 974b et 975 particula *τε* restituenda est || **977** cf. Pha. 69 Diggle *ἀηδὼν . . . ὀρθρευομένα γόοις Ἴτυν* ||

978 *νοτερόν* v. ad 94 ‖ **979** *προστέρνων* Headlam (1901) 19 collato A. Cho. 30sq. *πρόστερνοι στολμοὶ πέπλων ἀγελάστοις ξυμφοραῖς πεπληγμένων* | *πτύχα*: haec unica apud tragoedos forma metro nititur, alibi enim semper *πτυχή* utuntur; sed codices acc. plur. *πτύχας* plerumque testantur ut supra 212, Hel. 605, IT 1082, Med. 1297 etc. ‖ **980** *δὴ . . . ἤδη* proximi vicini sunt ut 1114, Tro. 233sq., 1272 etc., Pl. Phdr. 277a, Leg. 682e: v. Diggle, Studies 26sq. ‖ **984** *ἀναθήματα νεκροῖς* inter se cohaerent et idem fere valent atque Hel. 1279 *κόσμον νεκρῷ* secundum Diggle, Studies 27sq. conferentem Ion 1141–1144 *λαβὼν δ' ὑφάσμαθ' ἱερὰ . . . ὀρόφῳ πτέρυγα περιβάλλει πέπλων, ἀνάθημα Δίου παιδός*, sc. 'vestimenta et texta cum mortuis insepelita'. ego contra *ἀναθήματα* opinor non aliud significare ac 'dona obsequiasque mortuis dicatas', eis omnibus consentiens qui 983 *μελάθρων . . . ἐκτός* e 936–938 interpretantur. Diggle *μελάθρων . . . ἐκτός* cum *ἀναθήματα* coniungit, 'vestimenta extra aedes elata' ‖ **991** Duport et post eum Wecklein ingeniose putabant glossema Hesych. *T* 88 p. 1433, 21 Schmidt *ταλῶς· ὁ ἥλιος* e lectione cod. **L** *τάλας* esse derivatum ‖ **992** *κατ' αἰθέρα* etiam HF 653, fr. 228, 5; v. conspectum metrorum ‖ **993–994** editores aut *λαμπάδα . . . νύμφαι ἱππεύουσι* (**L**) sicut 990–991 *φέγγος . . . ἐδίφρευε . . . ἅλιος* construxerunt (sed quae qualesve sint hae *νύμφαι* nocturnae explicare non possunt), aut secuti sunt Hermann mentionem latere suspicantes stellarum vel cometarum (harum Wilamowitz [1921] 554). sed nuptiales faces suas commemorat Evadna: quid enim aliud significare posset id 995sq. *ἀνίκα . . . τῶν ἐμῶν γάμων κτλ.*? recte ergo faciunt ei qui formam quamcumque *νύμφα, νυμφαῖος* vel *νυμφεῖος* poscunt restituere ‖ **995** ⟨*ἡδυγάμων*⟩ haplographiae congruenter Page; item ⟨*αἰνογάμων*⟩ Haupt quod tamen gaudio Evadnae (998–999) parum convenit; ⟨*εὐδοκίμων*⟩ Diggle collato IT 1144 ‖ **1000–1021** Evadna se immolat: cf. Philostr. Imag. II 30, Stat. Theb. 12, 800sq.; (Oenone) Qu. S. Posthom. 10, 439–482. v. etiam infra ad 1038–1072 ‖ **1002** *πυρὸς* (**L**) conservo quod faces nuptiales 993–994 feliciter repetit aeque ac per *τάφον* proxime copulatum ignes funebres exprimit. Euripides *πυρὸς φῶς* ad nuptias saepe adhibet, ex. gr. Phoe. 344, Tro. 320; et *πυρά* (*πυρᾶς* hic Bothe) cum *τάφος* Alc. 608, Or. 422 vel cum *τύμβος* infra 1058, Or. 1019 coniungit; sed collocatio *πυρᾶς φῶς* apud eum nondum innotuit ‖ **1002–1003** [*καθέξουσα*] 'adeptura, occupatura' manifestum glossema est verbi *ματεύσουσα* (Markland: *βατεύσουσα* **L**); futurum non praesens requiri videtur (*ματεύουσα* Hermann). *τ' ἐ⟨μ⟩βατεύσουσα* (Kirchhoff) 'pedibus ingressura' metro non congruit nisi 1025 deturbetur (v. Stinton, JHS 97 [1977] 147); cf. conspectum metrorum ‖ **1014** difficillimus locus. sententia una cum colo et fortasse periodo ita concluditur (hoc saltem communis est editorum opinio; v. etiam conspectum metrorum ad 992), ut sive *ἅλματι·* 'fortuna saltui meo subvenit' (Hermann) sive *ἀλλαγάς·* 'mutatae mihi subveniunt fortunae' (Stinton, JHS 97 [1977] 147) requiratur | indicativus *ξυνάπτει* (**L**) melius futuro *ὁρμάσω* 1015 congruit quam optativus (*ξυνάπτοι* Scaliger) ‖ **1015–1017** obelo notat Diggle (ed. 1981), vix necessario ‖ **1020** (*σῶμα . . .*) *φίλον* sexualem vim habet sicut *φιλότητι μιγῆναι* Homericum, Tro. 700 *φίλον διδοῦσα δέλεαρ ἀνδρὶ τῶν τρόπων*. locum debilitat coniectura Bothe et Wecklein *πόσει . . . φίλῳ* ‖ **1021** v. conspectum metrorum ad 998 ‖ **1022** *ἥξω* pro glossemate habuit et delevit Hermann, accusativum *θαλάμους* cum 1015 *ὁρμάσω* construens, quod vix verum videtur. *Φερσεφόνας ἐς θαλάμους* olim coniciebam collato 1004 *ἐς Ἅιδαν καταλύσουσ' ἔμμοχθον βίοτον*, S. Ant. 1217 *διαντλήσω πόνους ἐς Ἅιδαν*. cf. conspectum metrorum ‖ **1026–1030** Evadna Argivis exemplar videtur proponere constantissimi sui et Capanei amoris. cum 1026sq. *εὐναὶ δικαίων ὑμεναίων* et 1028 *ὅσιος* (coni. Hermann: *ὁ σὸς* **L**) . . . *εὐναῖος γαμέτας* cf. HF 798 *λέκτρων δύο συγγενεῖς εὐναί*, IA 131 etc.; Pha. 107 Diggle *ὑμεναίοις ὁσίοισι*, Or. 558 etc. corruptissimum locum ex. gr. restaurant Diggle (ed. 1981) et Stinton, JHS 97 (1977) 147 n. 74 ‖ **1029** *συντακείς* Diggle (ed. 1981), fortasse recte: cf. 1106; forma *-τηχθείς* hic tantum apud Euripidem invenitur ‖ **1038–1072** imitati sunt aut respexerunt Qu. S. Posthom. 10, 435–440 (1038–1039), 430–431 (1055, 1057, 1063), 464–469 (1070–1072); Philostr. Imag. II 30 (1046–1047, 1054–1056, 1070–1071); Ael. de

anim. VI 25 (1059 – 1063); Prop. I 15, 21 – 22 (1063); Ov. A. A. III 21 – 22 (1070 – 1071) || **1055** *κλεινὸν* (L) dicit Evadna sicut antea 1015 *εὐκλείας χάριν*; novitatem facinoris (*καινὸν* Porson, Hermann) primo 1057 declarat. idem codicis error 593 et saepe || **1056** cf. Alc. 512 *τί χρῆμα κουρᾷ τῇδε πενθίμῳ πρέπεις;*, Hel. 1204 || **1058** *πέλας* apud Euripidem non raro cum dativo coniungitur, Alc. 366, IT 460, et fort. Bacch. 509, Phoe. 405, IA 912 || **1064** *τί τοῦτ' αἴνιγμα σημαίνεις . . .;* (*σημαίνει* Markland): cf. Hipp. 232 *τί τόδ' αὖ παράφρων ἔρριψας ἔπος;*, Bacch. 1032 et saepe *τί τοῦτ' ἔλεξας;* || **1066** *ἐς* (Porson) *πολλούς*: *ἐς πάντας* 668, S. OT 93 || **1082** *ἐν δόμοις* 'in domicilio' potius quam 'domi' est, cf. *τὰν δόμοις* 452, El. 74, Ion 622; *τὰ τῆς οἴκοι διαίτης* S. OC 352. victus cotidianus sane corrigi potest, non ipsa aetas: Or. 981 *βροτῶν δ' ὁ πᾶς ἀστάθμητος αἰών*. Iphis domesticis tantum maeret aerumnis 1087 – 1107, quarum aliena est imago legum (*ἐν νόμοις* Nauck [1866] 390) || **1089 – 1091** plenius de loco disputavit, 1089 *πάθους* coniecit Diggle (1973) 265 – 269, cf. Studies 29 | 1091 *κακοῦ* Toup, sed cf. Andr. 126 *τὸ παρὸν κακὸν εἰς ὅπερ ἥκεις*, fr. 449, 2 *εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά* || **1092 – 1093** sunt qui mentionem Evadnae desideraverunt, imprimis Gilbert (1876) 337 et Wecklein; 1092 *τοῖνδε* pro *τῶνδε* Camper. vss. delevit Diggle (1973) 269. sed Evadnae mortem primo 1098 – 1103 luget Iphis post rhetoricam 1094 – 1097 praeparationem: filia sibi non aderit quae blandiatur (1103) | idem ac 1092 pleonasmus est HF 1367 *ὁ φύσας καὶ τεκὼν ἡμᾶς πατήρ*, unde *τεκὼν νεανίαν* nostro loco coniecit Wilamowitz (ad HF 1367), sed sine causa: *νεανίαν* 'ἀπὸ κοινοῦ' est || **1096** oxymoron *ἐρημίαν* non minus per *πολλῶν* (L) valet quam per *πολλὴν* (Reiske) || **1101** *πατρὶ δ' οὐδὲν ἥδιον* defendunt plerique edd. et olim ego ipse; sed mihi persuasit Diggle, Studies 29sq. tam prosodiam *ἥδῖον* parum satis in tragoedia confirmari posse quam asyndeton plenum contextui vigorem restituere || **1110** errores L sic fortasse orti sunt: litteris *βρ-* initio *βρωτοῖσι* praefractis ⟨*νώ*⟩*τοισι* suppletum est, posthac *ποτοῖσι* in *στρώμναισι* commutatum quod sensum accommodet; *μαντεύμασιν* e *ματεύμασιν* venit || **1114** de unico *ἰώ* v. conspectum metrorum | *δὴ . . . ἤδη*: v. supra ad 980 || **1115 – 1116** *γραίας* genetivus personae cum activo *λαβεῖν* Homerismus est, Il. 23, 711 etc. | cf. Hipp. 200 *λάβετ' εὐπηχεῖς χεῖρας, πρόπολοι* et v. supra ad 72 *προσπόλων* || **1118** *πολλοῦ . . . χρόνου ζώσης μέτα* def. J. de Romilly, Time in Greek Tragedy (1968) 45, sed et languet sententia neque usitatae temporis et aetatis imagini congruit. coniectura Musgrave *χρόνου ζώσης μέτρα* nec mihi satisfacit nec Stinton, JHS 97 (1977) 148 exspectantibus aerumnarum potius quam ipsius aetatis longinquitatem (*χρόνον μετρεῖν* autem saepius dicitur, ex. gr. IA 816, S. OT 73, 561, 963). verba *ζώσης μέτα δή* del. Zuntz (1965) 186 || **1125 – 1126, 1131 – 1132** eadem imago A. Ag. 437 – 440, S. El. 1139 – 1142 || **1125** *ἀλγέων ὕπερ* 'propter dolores': 'usitatius *ὑπό*, ut 1117' Markland sed ipse non mutavit; cf. Andr. 490 *ἔριδος ὕπερ*, Hipp. 159 etc. || **1128** *παῖ* (Reiske) nunc praefero, quo maestior matrum asseveratio 1128 *φέρεις* asseverationi filiorum 1123 *φέρω* respondeat. *πᾷ* (L) 'quo modo?' i. e. 'quare?' olim praeferebam (ed. 1975), quae interrogatio extremam nunc desperationem significat || **1132** *ἄπαις ἄπαις* sc. *σὺ μὲν εἶ. παπαῖ παπαῖ* Musgrave, sed haec interiectio apud Euripidem singillatim modo usurpatur, Alc. 226, Er. fr. 65, 38 Austin || **1135 – 1138** Zuntz (1965) 79sqq. affirmat Triclinium lectionem *ποῦ νυχευμάτων* non nisi ex paradosi haurire nec suo Marte conicere potuisse. si *νυχευμάτων* cum Zuntz in textum recipias, 1135 *τόκων* omnino tibi legendum sit; studeas enim quaeso communi huius similiumque locorum tenori in quibus cum labor tum gaudium nutriendi vigilandi osculandi praesertim ipsius parturiendi a matribus commemorantur, 919 – 924 supra, Med. 1029 – 1031, 1074 – 1075, 1261 – 1262, Tro. 758 – 761, 1187 – 1188, cf. Hyps. 1 ii 10 – 12. cum 1137 cf. praeterea Ion 1377 *φιλτάτης μητρὸς τροφῆς*, Phoe. 1434 *τὸν πολὺν μαστῶν πόνον* (unde *μαστῶν* nostro loco Markland, sed vide Wilamowitz [1921] 158) || **1140** aut cola ante *ἔχει* div. (sic opinor) aut *δ' ἔχει* (Murray) hab. L* || **1143 – 1145** distributio partium proinde atque emendatio textus maxime incerta est. res ita ut videntur se habent: (1) vocativi 1143 *πάτερ* et 1145 *τέκνον* (L) si genuini sunt ambo ab eadem persona dici nequeunt (contra Wilamowitz [1921]

159); hinc 1145 *τέκνῳ* vel *τέκνοις* coniecit Diggle, *τοῦτο* Nauck; (2) sententiae 1140–1142 ∼ 1147–1149 solis matribus idoneae sunt; filiis praeterea 1143–1144 ∼ 1150–1151 omnino sunt tribuendi et fortasse omnes 1143–1145 ∼ 1150–1152: primi enim filii ut solent in lamentationibus ad patres ulciscendos se devovent, cf. ex. gr. A. Cho. 309–313, 435–437; (3) Euripides facere non potuit quin partes inter strophas respondeant: fractus ergo in **L** versus 1145 (notam *ἀδρ.* ante *εἰ γὰρ* habet) par 1152 editori reddendus est. quae talis exacta responsio utrum a tragoedis semper adhibeatur adhuc in quaestionem venit; di Benedetto (1961) responsiones praecipue Tro. 577–586 ∼ 587–594, Or. 1261–1265 ∼ 1281–1285, A. Pers. 955 ∼ 966 pro inaequalibus habuit, divisionem **L** nostri 1145 defendens; licentiam ex toto refellebat D. L. Page, CQ 31 (1937) 94–101 et post eum plerique tragoedorum editores excepto W. Biehl in Troasin (1970) et Oreste (1975); (4) id quod mihi saltem maioris etiam videtur momenti, partes matribus et filiis invicem ita tribuendae sunt ne una filiorum pars trans finem strophae i. e. ab 1145 in 1146 continuetur; tragoedi enim in amoebaeis partes semper post finem strophae variant. (ne unum quidem continuationis invenio exemplum: Bacch. 1183/4 sunt lacunosi; theatri res valde differt Med. 1271–1292, S. El. 1421/2, Phil. 208/9). hanc ipsam post 1145 variationem ut efficiant editores audacter coniecerunt, ex. gr. Kirchhoff filiis 1139–1142 ∼ 1146–1149 tribuens, matribus 1143–1145 (*σοῦ . . . τέκνον* [Heimsoeth, 1867] . . . 1144 *ἀντιτείσεται*) ∼ 1150–1152 (1150 *σε δέξεται*); (5) quae cum omnia perpendo, optimum etiamnunc mihi videtur propositum Grégoire: sic codex minime emendandus, sententiae personis maxime sunt accommodandae. antilabe syntaxin et frangit et complet ut supra 818, infra 1154, Hec.185, Ion 768–770 ‖ **1143** exacta cum antistropha (1150) responsio omnino in iambis restauranda est: v. conspectum metrorum | de *μέν* 'interrogativo' v. Denniston, Particles 376sq. *μῶν* (Nauck) sensum reddit non idoneum: particula enim si quando 'num?' prorsus non dicit, invitum significat timorem ne quid fiat (v. Barrett ad Hipp. 794); sed contrarium filii optant ‖ **1148** *αἰαῖ τύχας· ἄλις γόων* Elmsley collato Alc. 393 *ἰώ μοι τύχας*, El. 1185 *ἰὼ τύχας* (*αἲ αἴ· γόων ἄλις τύχας* **L**): melius certe res ipsa adversa causam exclamationis facit quam lamentatio, meliusque schema faciunt coniuncta nomina similia *γόων* et *ἀλγέων* quam dissimilia ‖ **1151** *χαλκέοισ⟨ιν⟩* Tr² et editores, unde *χαλκέοις ⟨σὺν⟩* Tyrwhitt; sed ⟨*ἐν*⟩ (Markland) 'multo simplicius . . . est et venustius', Hermann | *Δαναϊδᾶν* post Tr¹ (coni. etiam Elmsley) Diggle in editione, fortasse recte: codices enim non sibi constant formas Doricas tradentes, ex. gr. Ion 1056 *Ἐρεχθεϊδᾶν* et 1060 *Ἐρεχθειδῶν* **L** (de anapaestis v. Jebb, Antigone ad vs. 110 et Appendix p. 248); *Ἀτρειδᾶν* tamen non *Ἀτρειδῶν* ubicumque testantur in melicis Euripideis (El. 712, cf. Rhes. 365, 718) et anapaestis (IT 142, 186) ‖ **1153** *ἐπ' ὀμμάτων* dubium est, genetivus enim vix aliud potest valere quam 'super oculis, in ipsis pupillis'. Graeci 'in oculis, ante oculos' exprimere solebant per *ἐν ὄμμασιν* (coni. Diggle, ed. 1981) ut Hom. Il. 1, 587, Hipp. 1265, Or. 1020 etc. ‖ **1154** figuram etymologicam *φίλον φίλημα* retineo contra Diggle, Studies 31sq. qui *φίλαν . . . σάν* coniecit: paregmenon 1163sq. *φίλον φίλας ἄγαλμα . . . ματρός* non sic praeoccupari oportet. *σοί* (Page) tamen optima est correctio ‖ **1160** adiectivum acerbum desidero quale responsum 1162 *στυγνότατον* excitet; verbo *σποδός* enim bis iam usae sunt matres ipsae 1130, 1142. ⟨*πικράν*⟩ Diggle (sed post *σποδὸν*); ⟨*κενὰν*⟩ *σποδόν* olim tentabam collato S. El. 1159; ⟨*κούφαν*⟩ *σποδόν* D. Sansone, GGA 230 (1978) 236 collato Men. fr. 538, 3 Kock ‖ **1171** *τοῖσδε* Tyrwhitt, cf. 1166 *παῖδας τούσδε*, 1185sq. *τοῖσδε . . . παισίν*; sed Theseus non praesentes filios modo sed potius filios filiorum vult admonere. *ὑπειπεῖν* hoc sensu HF 962, S. Ai. 213 ‖ **1182** *ἔσται τάδε* Alc. 328, Hel. 1075 etc.: E. Fraenkel, Beobachtungen zu Aristophanes (1962) 77–89; *ἔστω* hic et Ion 413 coniecit sine causa Lenting ‖ **1183** *τῆσδ'* Seidler ad IT 1436 *ἀκοῦσον τῆσδ' Ἀθηναίας λόγους*. demonstrativum ab ipsis dis intrantibus usurpatur El. 1240, IT 1436, Or. 1616 et ab intuente choro And. 1228; omnino deest Hipp. 1283sqq., Hel. 1642sqq., Rhes. 890sqq., Antiope fr. XLVIII 67sqq. Kambitsis, Er. fr. 65, 64 Austin ‖ **1184** *τάδε* sc. *τούσδ' Ἀθηναίας λόγους*, *ἃ*

χρή σε δρᾶσαι, i. e. 'quae impero'; anaphoricum pronomen sic intellego, cf. 23 τάδε || **1191–1195** de similitudine foederum inscriptorum imprimis IG I² 86 (Thuc. V 47 = Bengtson, Staatsverträge II nr. 193) v. Zuntz (1963) 19sq., 74sqq. || **1191** ἔστω apogr. Par., fortasse per coniecturam, cf. ex. gr. Thuc. V 47, 8 ὁ δ' ὅρκο ἔστω ὅδε, et quidem Athena imperativis usque ad 1211 plerumque utitur, postha futuris || **1200** στῆσαι . . . πρὸς ἐσχάραν ut Andr. 115 πρὸς τόδ' ἄγαλμα . . . τάκομαι Hec. 221 (σφάζειν) πρὸς χῶμα . . . τάφου, 261 πρὸς τύμβον. παρ' pro πρὸς Lenting qui etiam πρὸς ἐσχάρᾳ coniecit || **1209** κακὸν νόστον πάλιν cohaerent ut Bacch 1337 νόστον ἄθλιον πάλιν || **1212** adiectivum Ἴσθμιος coniungi non potest nisi cum τρίοδον (L) vel ὁδοῦ (pro θεοῦ coniecit Heath); nam genetivus θεοῦ (L) omnino corrigendus est. abundat nomen Triviae Dianae (τρίοδον Ἰσθμίαν θεοῦ L); nec praeterea Metaneira (Paus. I 39, 2) nec Leucothea (IT 270, TrGF adesp. 100, 101) sub titulo Isthmiae deae adhuc innotuit (τρίοδον Ἰσθμίας θεοῦ). diiudicandum est igitur editori inter Ἰσθμίας ὁδοῦ (Heath) et Ἰσθμίαν θεῷ (Tyrwhitt). illam coniecturam pro meliore etiamnunc habeo; rogae enim iuxta quadrivium consecratae (1211–1212 τεμένη . . . μέθες) humatusque ibi culter (1205–1207) Argivos deterrebunt quin Athenas sola hac quae illuc ferat via aggrediantur; cum τρίοδον . . . ὁδοῦ cf. A. fr. 173 τῆς ὁδοῦ τροχήλατον σχιστῆς κελεύθου τρίοδον; neque assentior Diggle contendenti 'languet μέθες nisi adiuncto dativo' (ed. 1981). secundum coniecturam Tyrwhitt θεῷ deus Apollo est ('ut ex 1203 intellegitur', Dindorf), non Neptunus cuius templum Isthmio deo dedicatum Romano demum aevo Eleusine aedificatum est. sed num Phoebo locus cremandi umquam consecratus est? (cf. 975–976.) si forte θεῷ praeferas, te credere malim Euripidem tam 'θεός' sine nomine consulto reliquisse quam inventum sibi tripoda aliamque Herculis σπουδήν (1197–1200) || **1221** ἑπτάστομον πύργωμα: item Phoe. 287, cf. Antiope fr. XLVIII 88 Kambitsis ἄστυ, Bacch. 919 πόλισμα. sunt qui ἑπτάστολον (L) defendunt collato S. OC 1305 ἑπτάλογχον . . . στόλον || **1222–1223** cf. Held. 1006 ἐχθροῦ λέοντος δυσμενῆ βλαστήματα, Ar. Ran. 1431 || **1224** Ἐπίγονοι consuetum nomen est filiorum Septem: Homeri vol. V ed. Allen, p. 110sq.; P. Pyth. 8, 41sq.; A. fr. 66–68 Nauck²; S. fr. 185–198e Pearson-Radt || **1228** ἀνορθοῖς 'recte tenes' ut fr. 239 ὁ δ' ἡδὺς αἰὼν ἡ κακή τ' ἀνανδρία οὔτ' οἶκον οὔτε πόλιν ἀνορθώσειεν ἄν (sic Valckenaer ex testimoniis: ἀπορθώσειεν Meineke: v. Nauck²); ἀπορθοῖς eodem sensu Markland collato S. Ant. 636 γνώμας . . . χρηστὰς ἀπορθοῖς, αἷς ἔγωγ' ἐφέψομαι, Pl. Leg. 757e.

CONSPECTVS METRORVM

42–87 parodos. strophae 1, 2 ionicae; 3 iambo-trochaica

str. 1, 42–47 ~ 48–53

42/48	⏑⏑—— ⏑⏑——	ion ion
43/49	⏑⏑—— ⏑⏑——	ion ion
44/50	⏑⏑—— ⏑⏑—‸	ion ion‸ ‖ 6 metra
45/51	⏑⏑‸— ⏑⏑—— ⏑⏑‸—	ion‸ ion ion‸
46/52	⏑⏑—— ⏑⏑—— ⏑⏑‸—	ion ion ion‸
47/53	⏑⏑—— ⏑⏑—— ⏑⏑—— ⏑⏑—‸	ion ion ion ion‸ ⦀ 10 metra

str. 2, 54–62 ~ 63–70

54/63	⏑⏑—— ⏑⏑—— ⏑⏑——	ion ion ion
55/64a	⏑⏑—— ⏑⏑——	ion ion
56/64b	⏑⏑—— ⏑⏑—‸	ion ion‸ ‖ 7 metra
57/65	⏑⏑—— ⏑⏑——	ion ion
58/66	⏑⏑—— ⏑⏑—— ⏑⏑——	ion ion ion
59/67	⏑⏑—— ⏑⏑—‸	ion ion‸ ‖ 7 metra
60/68	⏑⏑—— ⏑⏑—— ⏑⏑——	ion ion ion
61/69	⏑⏑—— ⏑⏑—— ⏑⏑——	ion ion ion
62/70	⏑⏑‸— ⏑⏑—— ⏑⏑—— ⏑⏑—‸	ion‸ ion ion ion‸ ⦀ 10 metra

incertae sunt periodi, ionicae enim plus quam octo metra vix umquam comprehendunt (Stinton, CQ 97 [1977] 49 et 57); sunt qui 46‖47 ~ 52‖53 et 61‖62 ~ 69‖70 dividant. divisio 56‖57 *μετά νυν* ‖ *δός* maxime suspecta (Stinton, l. c. 60); cf. etiam 51‖52 *ἅ* ‖ *φθιμένους* praepositivum in syncopato metro (L. P. E. Parker, CQ 26 [1976] 21). vide Dale (1968) 123sq.; Collard (ed. 1975) ad loc.

str. 3, 71–78 ~ 79–87

71/79	⏑—⏑— ⏑—⏑— ⏑—⏑—	3 ia
72/80	72 ⏑⏑⏑⏑— ‸—⏑— ⏑—⏑—	3 ia
	80 ⏑⏑⏑⏑— ——⏑⏑—⏑—	ia telesilleion ? ‖
73/81	⏑—⏑— ‸—⏑—	ia creticus
74/82	⏑—⏑— ‸—⏑—	ia cr
75/83	⏑—⏑— ‸—⏑—	ia cr ‖
76/84	⏑⏑⏑—⏑ ⏑⏑⏑—⏑	
77/85	—⏑—⏑ —⏑⏑⏑⏑	4 tro ‖
78–79/86–87	⏑—⏑— —⏑—⏑——	ia ithyphallicus ⦀

72 ~ 80 scansio incertissima est. 80 *πολύπονος ὥς ἐξ ἀλιβάτου πέτρας* ⏑⏑⏑⏑— ——⏑⏑—⏑— optimum habet sensum et similibus locis satis protegitur. facilis coniectura Heath 72 *ἀχοῦσιν προπόλων χέρες*, sed iambus unico telesilleio per synapheam coniunctus h. e. hendecasyllabus alcaicus contextui parum congruit; de loco desperat Diggle, Studies 3.

76–77 ~ 84–85: de textu vide app. supp.; Dale (1968) 75.

77 ~ 85 interiectiones *αἰαῖ* extra metrum sunt.

271–285 dactylici epeisodion dividentes (cf. iambos 918–924) et tenorem implorationi fere sollemnem praebentes. quadrare videntur hexametri 271–274 cum 282–285, quorum 271–273 ~ 283–285 certe, 274 ~ 282 fortasse ad regulam epicam compositi sunt (sic 274 Hermann et 282 Wilamowitz traiectis vocabulis; prob. L. P. E. Parker, CQ 16 [1966] 21). colometria intervenientium 278–281 nondum satis expedita est.

271	—⏑⏑—⏑⏑—|⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑——	hexam	
272	—⏑⏑—⏑⏑—|⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑——	hexam	
273	—————|⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑——	hexam	
274	—⏑⏑—⏑⏑———⏑⏑—⏑⏑——	(cod. L)	hexam
	(—⏑⏑———⏑|⏑—⏑⏑—⏑⏑——	Hermann)	
(275–277 interpolati)			
278	—⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑	hexam	
279	—⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑—⏑— (L)	hexam	
280	—⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑—— (L)	?	
281	—⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑——	tetram	
282	—⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑———⏑⏑——	(L)	hexam
	(—⏑⏑—⏑⏑———|⏑⏑—⏑⏑——	Wilamowitz)	
283	—⏑⏑—⏑⏑—|——⏑⏑—⏑⏑——	hexam	
284	—⏑⏑—⏑⏑—|⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑——	hexam	
285	—⏑⏑—⏑⏑—|——⏑⏑—⏑⏑— —	hexam	

278 in fine *Ἑλλάδι* —⏑⏑, 279 *δειλαίαν* (L) —⏑— vel *δειλαία* (Hermann) —⏑⏑ hexametros videntur praestare acatalecticos sive 'aeolicos' exitum —⏑— habentes (E. Fraenkel, RhM 72 [1917] 177; Wilamowitz [1921] 351) sive potius 'meros' per biceps et hiatum exeuntes (L. P. E. Parker, CQ 26 [1976] 19 cum bibliographia; M. L. West, CQ 32 [1982] 283 n. 9). sunt qui 278, 279, 280 scandere quemque velint tetrametrum cum dimetro conglutinatum, monstrantes 281 tetrametrum in clausula; errant, ut opinor.

365–380 stasimon primum. strophae 2 iambo-trochaicae: cf. parodi stropham tertiam 71–86, stasimon secundum 598–633 et amoibaia 798–837, 1123–1164 fere tota iambica.

str. 1, 365–368 ~ 369–372

365/369	—⏑⏑⏑— ⏑—⏑⏑⏑ ⏑—⏑— ||	3 ia
366/370	⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏕ ⏑ — ||	lecythion
367/371	⏑—⏑⏑⏑ ⏑ ⏕ ⏑—	2 ia
368/372	^—⏑⏑⏑ ⏑—⏑— —⏑—— |||	2 ia tro

366 alterum *ἐκλύετε* metior ⏑⏑⏑— ('brevis in hiatu') ~ 370 *ματέρος* —⏑— ('brevis in longo'). lecythion aeque reddit lectio codicis **L** *ἐκλύετε τάδ' ἐκλύετε* si primum *ἐκλ-* longum, alterum breve scanditur. minus arridet colometria Wilamowitz (1921) 155 per quam 366–368 *ἔκλυετε τάδ⟨ε γ'⟩* (suppl. p) *ἔκλυετ' ἄνακτος κτλ.* heptametrum iambicum efficitur.

368 ~ 372 trochaeus iambos claudit sicut 374 ~ 378, 376 ~ 380: Dale (1968) 95; cf. West (1982) 103.

str. 2, 373–376 ~ 377–380

373/377	⏑—⏑— ⏑⏑⏑⏑— ⏑—⏑—	3 ia
374/378	⏑—⏑— —⏑—— ||	ia tro

375/379	∪—∪— ∪—∪— ∪∪∪∪—	3 ia
376/380	∪—^— ∪—∪— —∪—— |||	2 ia tro

380 πάντα ῥύῃ: -α ante ῥ- rarius apud tragoedos corripitur, ante ῥύομαι etiam Bacch. 1338, A. Eum. 232, S. OT 72, quibus omnibus locis editores aliqui formas ἐρύομαι restituere volunt sicut Maas hic πάντ᾿ ἐρύῃ coniecit; cf. Dawe, Studies ... Sophocles, I (1973) 209. ἐρύομαι tamen in codicibus papyrisque Euripideis nondum innotuit.

598–633 stasimon secundum. strophae 2 iambicae, dactylicis 598–599 ~ 608–609 incipientibus concludentibus 623–625 ~ 631–633 trochaicis. dubias spes matrum insimulat inter hemichoria dialogus quae rarissima est apud tragoedos structura (cf. fortasse Or. 1258sqq. et supra 271–285). stasimon digessit Dale (1971) 78.

str. 1, 598–607 ~ 608–617

598/608	—∪∪—∪∪— —∪—∪——	hemiepes ithyph
599/609	—∪∪—∪∪— 599 ——∪∪—— || 609 —∪—∪——	hemiepes ithyph
600/610	∪—^— ^—∪— ∪—∪—	3 ia
601/611	∪—∪— ^—∪— ∪—∪—	3 ia
602/612	∪∪∪∪— ∪—∪— ∪—∪—	3 ia
603/613	∪—^— ^—∪— ∪—∪—	3 ia
604/614	∪—∪— —∪∪∪— / ∪∪∪∪— ∪—∪—	3 ia
605–606/615–616	∪—∪— ⊽—∪— ∪∪∪∪—	
607/617	∪—^— ^—∪— ∪—^— |||	6 ia

599 ~ 609 ithyphallicum in fine malo ut 598 ~ 608, cf. 607 ~ 617. coniecit Murray 599 ὥς μοι ὑφ᾿ ἤπατι χλωρὸν δεῖμα θάσσει (~ 609 θράσος L) 3 dact + tro h. e. praxilleus; eadem scansio Diggle (1973) 250 ὥς χλοερόν μοι ὑφ᾿ ἤπατι δεῖμα θάσσει.

604 choriambus 614 iambo respondet ut A. Pers. 1007 ~ 1013; cf. Denniston (1936) 142sq.

str. 2, 618–625 ~ 626–633

618/626	∪—∪— ∪∪∪∪— ∪—∪—	
619/627	—∪∪— ∪—∪— ∪—^— ||	6 ia
620/628	∪—^— ^—∪— ∪—∪—	
621/629	⊻∪∪∪∪∪ ∪—∪—	
622a/630a	⊽—^— ^—∪—	
622b/630b	⊻—^— ^—∪— ||	9 ia
623/631	⏗∪—∪ ∪∪∪—∪	
624/632	∪∪∪—∪ —∪—^ ||	4 tro
625/633	—∪—∪—— |||	ithyph

619 ~ 627 choriambus pro iambo ut 1126 ~ 1134, 1131 ~ 1138.

778–793 stasimon tertium. stropha iambica 778–785 ~ 786–793 praemisso enoplio 778 ~ 786.

778/786	∪∪—∪∪—∪— ||	enoplius
779/787	∪—∪— ^—∪—	
780/788	^—∪— ∪—∪—	
781/789	∪—∪— ^—^— ||	6 ia
782/790	∪—∪— ^—∪— ∪—∪—	3 ia
783/791	∪—∪— ∪—∪— ∪—∪—	3 ia

784/792	∧—∪— ∪—∪—	2 ia
785/793	∪—∪— ∧—∪— ∪—∧— |||	3 ia

778 iambos praecedit enoplius ut Tro. 1087 ~ 1105.
781 'spondeus' in clausula ut in astrophis 920 infra, Or. 1447; cf. Dale (1968) 84sq.

794–837 praeludium anapaesticum (794–797) et amoibaion lamentosum primum (798–837): cf. 1114–1163. trias iambica est admixtis perraro dochmiis et dactylis.

794–797 anapaesti. 8 metra.

str. 798–810 ~ 811–823

798/811	∪⏖∪⏖ ∧—∪—	2 ia
799/812	∧—∪— ∪—∪—	2 ia
800/813	∪—∪— ∧—∪— ∪—∪—	3 ia
801/814	∪—∪— ∪—∧— ||	2 ia
802/815	⏒—∪— ∪—∪—	2 ia
803/816	∪—∪— ∪—∪—	2 ia
804/817	∪——∪— ∪—∧— ||	dochmius ia
805/818	∪—∪— ∧—∪— ∪—∪—	3 ia
(806)/819	∧—∧— ∧—∪— ∪—∪—	3 ia
807/820	∪∪∪∪— ∪—∪— ∧—∪— ||	3 ia
808/821	—∪∪———|∪∪—∪∪—∪∪—— ||	hexam dact
809/822	∪—∪— ∪—∪—	
810/823	∧—∪— ∪—∧∪ |||	4 ia

811 ⟨ἄγετε⟩ resolutionem ante syncopam facit, id quod Diggle, Studies 18sqq. satis demonstravit iambis raro admitti, ex. gr. Hipp. 1145, And. 1219, Hec. 1092, Ion 689 (Fix) et fortasse infra 921 (Wilamowitz).
804 ~ 817 similis per coniunctum dochmio iambum clausula Or. 1012 (astrophon) et fortasse A. Pers. 575 ~ 583: W. Biehl, Orestes (1965) 196sq.; A. M. Dale, Collected Papers (1969) 206; addubitat tamen T. C. W. Stinton, BICS 22 (1975) 85. cf. infra 825.
806 ~ 819 interiectiones faciunt spondeum antilaben praeeuntem ut Tro. 578 ~ 583, 579 ~ 584 et saepissime apud Sophoclem.
808 ~ 821 'hexametri dactylici antilaba et syllaba ancipiti vel hiatu secluduntur', Dale (1968) 30.

epod. 824–837

824	∪∪∪∪— ∧∪∪∪— ∧—∪—	
825	∪——∪— ||	3 ia dochm
826	∪∪∪∪— ∪—∪— ∪—∪—	
827	∪—∪— ∧∪∪∪— ||	5 ia
(828 interiectiones extra metrum)		
829	∪∪∪∪— ∧—∪—	2 ia
830	∪∪∪∪— ∪—∧—	
831	∪—∪— ∪∪∪∪— ∪—∪— ||	5 ia
832	∪—∪— ∧—∪—	2 ia
833	∪—∪— ∧—∪—	2 ia
835–837	∪—∧— ∧—∪— ∪—∪—	
	—∪∪— ∧—∪— ∪—∧— |||	6 ia

837 choriambus pro iambo ut 619 ~ 627.

918–924 astrophon iambicum; cf. ad 271–285

918	⏑—⏑— ‸—⏑—	
919	⏑⏑⏑⏑⏑⏑ ⏑—⏑—	
920	⏑—⏑— ‸—⏑— ‸—‸— ‖	7 ia
921	——‸— ‸—⏑⏑⏑	
922	⏑—‸— ⏑—⏑—	
923	⏑—⏑— ⏑—⏑— ⏑—⏑—	
924	‸—⏑— ⏑—‸— ‖‖	9 ia

920 spondeus in clausula (vide ad 781 ~ 789), displicet tamen subsequens molossus nisi retardatio aggravatum luctum exprimit. possis aliter sive 921 *καὶ νῦν τὸν ἐμὸν Ἀίδας* ——⏑⏑⏑ ‸—⏑— cum Wilamowitz (1921) 156 qui *Ἀίδας* —⏑— metitur (Diggle, Studies 21 confert El. 122, S. OC 1690 sed . . . *-δῖσι· καὶ / νῦν τὸν ἐμὸν* ‸—⏑— / ‸—⏑⏑⏑ scribit, divisionem propter praepositivum valde dubiam), sive 920 ‸iambum cum 'hypodochmio', 921 *καὶ νῦν Ἀίδας* dochmium, 922 *τὸν ἐμὸν . . . ἀθλίας* iambum cum 'hypodochmio' cum T. C. W. Stinton, BICS 22 (1975) 87.

955–979 stasimon quartum, trias aeolo-choriambica (consequitur 980–1033 eiusdem rhythmi monodia praemissis anapaesticis). multae sunt responsiones vel similitudines sonorum vocabulorum phraseon. stasimon digesserunt Wilamowitz (1921) 551 sq. et Dale (1981) 88 sqq.

K. Itsumi, The 'Choriambic Dimeter' of Euripides, CQ 32 (1982) 59–74 optime nos nuper admonuit ut propriam huius coli naturam quod vulgo dimetrum dicitur rectius depingamus si oo—× —⏑⏑— metiamur; hortatus est etiam 'wilamowitzianum' nominare post primum inventorem (Verskunst 1921, 212), et sic feci. consulas etiam Barrett (1964) 422 sqq.; Dale (1968) 153 sqq.; West (1982) 115–120, 193.

str. 955–962 ~ 963–970

955/963	—⏑—⏑⏑—⏑—	
956/964	—⏒—⏑⏑—⏑—	
957/965	———⏑⏑—⏑— ‸—‸— ‖	3 glyconei + spondeus
958/966	——⏑—⏑⏑—	‸wilamowitzianus
959/967	—————⏑⏑— ? ‖	wilam
960/968	⏓——⏑⏑—	‸‸wilam ('dodrans B')
961/969	—————⏑⏑— ~ ———⏑⏑—⏑—	wilam ~ glyc
962/970	—⏓—⏑⏑—⏑— ⏑—‸— ‖‖	glyc + ‸ia ('phalaeceus')

955–957 ~ 963–965 notabiliorem exhibent synapheam.

957 ~ 965 glyconeus cum spondeo in clausula ut El. 174 ~ 197, Hipp. 130 ~ 140; cf. infra 1004 ~ 1027.

958 ~ 966 cf. Hipp. 145 ~ 155 etc.: Dale (1968) 137 sq.; Itsumi, l. c. 64.

961 wilamowitzianus glyconeo 969 respondet ut saepe, ex. gr. 1000 ~ 1023: vide Denniston, Electra (1939) 215 ad El. 148 ~ 155; West (1982) 117.

962 ~ 970 phalaeceus in clausula ut Hec. 454 ~ 465 etc.: Dale (1968) 141.

epod. 971–979

971	⏑⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑⏑	glyc
972	⏑⏑⏑—⏑⏑—— ? ‖	pherecrateus
973	———⏑⏑—⏑—	glyc
974a	———⏑⏑—⏑—	glyc
974b	——⏑⏑⏑—⏑⏑—	wilam
975	⏑————⏑⏑—	wilam
976	⏑————⏑⏑—	wilam
977	⏑—⏑——⏑⏑—	wilam

978	∪∪∪∪∪∪∪—∪—	glyc
979	———∪∪—— |||	pher

971 ultima glyconei syllaba resolvitur ut El. 125, Ion 463.

974b neque ——∪∪∪ (Hermann) neque ——∪∪ (Plutarchus) ad initium wilamowitziani alibi invenitur secundum Itsumi l. c. 73.

978 'fortasse dimetrum iambicum ∪ ∪∪ ∪ ∪∪ ∪—∪—' arbitrata est Dale (1981). mihi autem tam totus numerorum contextus persuadet hunc quoque glyconeum esse quam ratio resolutionum (*δάκρυσι* / *νοτερόν* ∪∪ ∪ / ∪∪ ∪); similes sunt El. 126, Ion 497.

980–1033 praeludium anapaesticum (980–989) et monodia aeolo-choriambica cuius utrique strophae subiuncti sunt tres trimetri epirrhematici (990–1008, 1009–1011 ~ 1012–1030, 1031–1033). textus in locis mutilissimus est adeoque incerta digestio; vide Wilamowitz (1921) 552sqq. et Dale (1981) 88sqq.

980–989 anapaesti. 7 metra.

str. 990–1008 ~ 1012–1030

990/1012	∪—— ∪——	2 bacchii
991/1013	∪——∪∪—∪—	glyc
992/1014	∪——∪∪—∪— ? ||	glyc
(993)/1015	———∪∪—∪—	glyc
(994)/1016	———∪∪—— ||	pher
(995)/1017	———∪∪—∪—	glyc
996/1018	—∪—∪∪—— ? ||	pher
997/1020	∪————∪∪—	wilam
998/1021	∪——∪ —∪∪— —∪—∪∪	wilam
999/1022	—∪∪—⏓—∪∪—	wilam
1000/1023	—∪——∪∪—∪— ∪—∪——∪∪—	glyc/wilam
1001/1024	⏒————∪∪—	wilam
1002/1025	∪—— ∪—— ||	2 bacchii
1003/(1026)	∪——∪∪—— ? ||	pher
1004/(1027a)	∪——∪∪—— ⏒—— ? ||	pher + ? bacchius
1005/(1027b)	∪∪∪———∪∪—	wilam
1006/(1028)	——————∪∪—	wilam
1007/1029	——————∪∪—	wilam
1008/1030	———∪∪—— |||	pher

periodorum digestio maxime dubia est. pro certo tamen habeo dividere post 1002 ~ 1025 ubi dimetrum bacchicum utrumque per *τε̄* 'in longo' productum exit (timeo post simile dimetrum 990 ~ 1012 dividere). periodum 994 ~ 1016 concludit ut saepe inter aeolo-choriambica pherecrateus congruentibus hic quoque sententiis; dubito num etiam post pherecrateum 1003 ~ (1026) sit dividendum (sic tamen Dale [1981] et Stinton, CQ [1977] 49), obstat enim cohaerentia sententiarum 1026/7a; nec res multo aliter se habere videtur 996 ~ 1018 propter cohaerentes 996/7 (dividit Stinton l. c.). alliciat praeterea divisio post decasyllabum 1004 ~ (1027a), nisi similis officit coniunctio 1004/5; de 992 ~ 1014 vide infra. Dale (1981) solas post 996 ~ 1018, 1002 ~ 1025, 1003 ~ (1026) dividit periodos.

992 *κατ' αἰθέρᾱ* ('brevis in longo') optimum sententiae et periodo 990–992 faciat finem nisi cum 1014 *-ος· ἀλλὰ τῆς* (L) respondet. sed neque articulus ibi nedum adversativum desideratur; praepositiva periodo aegre anteeunt. potius igitur 1014 emendandus est (vide app. crit.) quam 992 ex. gr. *κατ' αἰθέρ' ἄ⟨ς⟩ λαμπάδ' [ἵν']* *ὠκυθόαι κτλ.* (Italie).

998 responsio ∪——∪ cum 1021 —∪—∪∪ dubia est; rarissimum praeterea initium coli —∪—∪∪ (sola El. 439 ~ 449 citat Itsumi l. c.). si 1021 *χροΐ* (Hermann, Fix) pro *χρωτὶ* reponitur, fit responsio —∪∪∪∪ ~ 998 ∪——∪ (quae non minus incerta est), exacta quidem per *πέλας χρῶτα χρῷ θεμένα* (Hartung) nisi quod forma *χρῷ* in locutione *ἐν χρῷ* solum invenitur. tentabam ego olim *προσθεμένα* pro *πέλας θεμένα* collato S. Ant. 1223 *τὸν δ' ἀμφὶ μέσσῃ περιπετῆ προσκείμενον*.

1000 ~ 1023: ad responsionem cf. supra 961 ~ 969.

1004 ~ (1027a) hic talis decasyllabus alibi non invenitur, cf. tamen 962 ~ 970 hendecasyllabum in bacchio exeuntem, 957 ~ 965. quapropter 1004a *ἔμμοχθον καταλύσουσ'* / 1004b *ἐς Ἅιδαν* pherecrateum bacchio coniunctum permutavit Page apud Diggle (1981).

1072–1079 chorus exclamationes dochmiacas trimetris Iphis inseruit.

1072 (interiectio *ἰώ* extra metrum)		
	∪——∪— ∪——∪—	2 dochm
1074 (interiectio *ἒ ἔ* extra metrum)		
	∪ ∪∪ ∪∪ ∪ —	dochm
1075	∪——∪— ∪——∪—	2 dochm
1078	∪∪∪—∪— —∪∪—∪—	2 dochm
1079	∪——∪— ∪∪∪———	2 dochm

1114–1164 praeludium anapaesticum (1114–1122) et amoibaion secundum lamentosum (1123–1164: cf. 798–837). strophae 3 iambicae; clausula cum periodi tum strophae per suppressam syllabam ancipitem paenultimam et per catalexin fere semper efficitur. resolutiones in finem increbrescunt.

1114–1122 anapaesti. 8 + 9 metra.

1114 interiectio *ἰώ* unica anapaestos anteit Med. 96, El. 988 etc., iterata monometrum iambicum facit Tro. 164, 187 etc. ut docet Diggle, PCPS 20 (1974) 23sq.

str. 1, 1123–1131 ~ 1132–1138		
1123/1132	∪—∪—	ia
1124/1132	∪—∪— ∪—∪— ∪—∪—	3 ia
1125/1133	∪—∪— ∪—∪— ∪—∪—	3 ia
1126/1134	—∪∪— ‸—∪— ∪—‸— ‖	3 ia
1127/1135	∪—∪—	ia (nisi interiectiones extra metrum)
1128/1135	‸—∪∪∪ ∪—∪—	2 ia
1129/1136	‸—∪— ∪—∪—	2 ia
1130/1137	∪—∪— ∪∪∪∪— ∪—∪—	3 ia
1131/1138	—∪∪— ‸—∪— ∪—‸— |||	3 ia

1123 ~ 1132, 1127 ~ 1135 monometra ut Tro. 1091 ~ 1191 etc.: Denniston (1936) 122.

1126 ~ 1137, 1131 ~ 1138 (1145 ~ 1152) choriambus pro iambo: vide supra ad 619 ~ 627.

str. 2, 1139–1145 ~ 1146–1152		
1139/1146	∪—∪— ∪—∪— ‸—∪—	3 ia
1140/1147	∪—∪— ‸—∪— ∪—‸— ‖	3 ia
1141/1148	∪—∪— ∪—∪—	2 ia
1142/1149	∪—‸— ‸—∪— ∪—‸— ‖	3 ia
1143/1150	∪—‸— ‸—∪— ∪—∪—	3 ia
1144/1151	——∪— ⏓∪∪∪— ∪—∪—	3 ia
1145/1152	—∪∪— ‸—∪— ∪—‸— |||	3 ia

1140 ~ 1147 antilabe intra metrum ut HF 1067.
1143 sincerum metrum iambicum (*πάτερ σὺ μὲν* cod. L) cum syncopato (1150 *ἔτ' Ἀσω-* coniectura palmaris Elmsley: *στασωποῦ* L) nusquam apud Euripidem respondet: Wilamowitz (1921) 293 sq.; Maas, Metrik § 33, 5 (aliter Denniston, Electra [1939] 225).

str. 3, 1153–1158 ~ 1159–1164

1153/1159	∪—∪— ∪∪∪∪— ∪—∪—	3 ia
1154/1160	∪—∪— ∪∪∪∪— ∪—∪— ? ‖	3 ia
1155/1161	∪—∪∪∪ ∪—∪—	
1156/1162	∪∪∪∪∪∪ ∪—∪— ? ‖	4 ia
1157/1163	∪—∪— —∪∪∪— —∪∪	
1158/1164	∪—∪— ‸—∪— ∪—‸— |||	5 ia

1232–1234 anapaesti. 6 metra.